

Georg: Phil: Pucher delin: Rossetti sc: Vien:

PHŒNIX REDIVIVUS
INCLYTÆ
BILINO - PROSKOVIÆ
PROSAPIÆ.
Sive
OPUS HISTORICO-GENEALOGICUM,
Repræsentans
JAM NOMINATÆ VETUSTISSIMÆ
AC ILLUSTRISSIMÆ
PROSKOVIÆ
FAMILIÆ
Primævam Originem; Venerandam Generis Antiquitatem; sublimem Sanguinis Excellentiam; prælustrem Gentilitiorum Insigniorum Prærogativam; totiusq; florentissimæ ejusce Gentis
STEMMATOGRAPHIAM;
In qua recensentur
Multifariæ PRUSKOWSKYORUM hinc inde Migrationes; mirabiles rerum Eventus; diversa apud Summos Orbis Terrarum Principes, Reges ac Imperatores, quà Sago, quà Togâ, laudabiliter perfuncta Officia; præstantissima desuper Nobilissimorum Connubiorum Fœdera; aliaq; perquam multa, immortali PROSKOVIÆ PROSAPIÆ Honori ac Gloriæ apprimè deservientia. &c.
Ex
Diversis, cùm impressis, tùm manuscriptis Authoribus, aliisq; fide dignissimis Monumentis, sedulè hinc inde collectum, & juxta Chronologicam Periphrasim dispartitum
Singulari Studio ac Operâ
DOMINICI FRANCISCI CALIN DE MARIENBERG, Equitis Aurati, Comitis Palatini, Historici, & Geneographi Cæsarei.
SUPERIORUM APPROBATIONE.

Viennæ Austriæ Typis Leopoldi Voigt, Anno M. DC. LXXXIII.

ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO COMITI, AC DOMINO, DOMINO

GEORGIO CHRISTOPHORO

Sacri Romani Imperij Comiti de

PROSKAV,

Dynastæ Dominiorum Proskav, Magni & Minoris Schemnitz, Chrzelicz, Zültz, Grätz, Bisentz & Primbkenau, &c.

Sacræ Cæsareæ Regiæque

Majestatis Consiliario Intimo & Cubiculario;

Nec Non

Inclyti Marchionatûs Moraviæ Judiciorum Assessori, &c.

DOMINO, DOMINO ac MECOENATI GRATIOSISSIMO, &c.

Felicitatem, Incolumitatem, & Omnigenæ Gloriæ Incrementum.

ILLUSTRISSIME ET EXCELLENTISSIME COMES,

Domine, Domine ac Mecœnas Gratiosissime.

COnsepultam per tot annorum Centurias Laudatissimorum *Majorum Tuorum* Gloriam, ex obscuris cineribus, velut *Redivivum Phœnicem*, in publicam Orbis Lucem reproduco. Officium, spero utiq; *Illustrissimæ Tuæ Excellentiæ* ingratum accidere non poterit; si, dum primævam Inclytæ Prosapiæ Tuæ Originem tenui ac jejuno calamo simpliciter perstringo, *Gloriosos* etiam *Heroum* eorundem *Manes* è mortualibus Sarcophagis ad publicum Spectaculum provoco, quos Orbis aliquando suspexit Illustres in Togâ, sublimes honoravit in Sago. Ait quippe Cromerus: *Magnorum Virorum, & excellenti virtute præditorum Laudes celebrare, apprimè utile est vitæ hominum & necessarium; ut & illis, quoad fieri potest, pro Meritis suis gratia refe-*

Martinus Cromerus Histor: in Orat: Fun: Sigismundi Regis Polon.

referatur, & cæteri habeant, unde Virtutis & Laudis Exempla petant, &c. Lege proinde placido vultu *Generosissime Comes* hæc qualiacunq; immortali Tuo Honori à me sacrata Schediasmata: quod si pro solita Tua humanitate facere non dedignaberis, invenies inter *Laudatissimos Majores Tuos*, tales tantosq; Heroes, quorum grandia Merita non modò infinitis laudum præconiis publicè sunt decantanda, verùm etiam Nomina eorum inter sublimes æternæ memoriæ Fastos jure quo optimo referenda: reperies Viros, inquam, qui apud *Summos Orbis Terrarum Principes ac Monarchas* in peragendis arduis Negotiis Felicitatem; in sustinendis excelsis Officiis Gravitatem; in obeundis Legationibus Prudentiam; in regundis Provinciis Dexteritatem; in Consiliis Sublimitatem; in Judiciis Maturitatem; in Tribunalibus Justitiam; Domi deniq; Militiæq; Fidelitatem, Fortitudinem, ac Constantiam, tali semper fervore ac animi zelo demonstrârunt, ut meritò ijs illud *Senecæ* Elogium attribui debeat:

Nunquam Stygias fertur ad Umbras Seneca.

Inclyta Virtus, vivite Fortes;
Nec Lethæos sæva per annos
Vos Fata trahent, sed cùm summas
Exiget horas consumpta dies,
Iter ad Superos Gloria pandet.

Excipe igitur lubens hospitio Tuo Heroes istos *Illustrissime & Excellentissime Comes*; non sunt etenim Alienigenæ, sive Peregrini, sed *Gloriosi Progenitores Tui*, qui, dum Fata sinebant, veræ Virtutis stadium alacriter semper cucurrerunt, atq; *Avitis Soleis* abominabilia quæq; Vitia ac livida Monstra fortiter calcârunt: Unde & in Generoso animo Tuo non modò conspicuum purissimi Sanguinis Splendorē, verùm etiam omnia illustria Decora tam felici sydere accenderunt, ut *Tu* non immeritò totius *Nobilissimæ Proskoviæ Prosapiæ Novus Phœnix* nuncupari merearis: utpote qui, post tot præclaros Avitæ Stirpis Prædecessores, singulari Superûm gratiâ, unicus in vivis reservatus fuisti, ut per *Te Generosa Patrum Virtus*, apud serum Orbem in Posteris Tuis ad novam Gloriæ Vitam feliciter ac æviternè denuò inflammaretur. Laudabit *Te* omnis *Posteritas Tua*, milleq; Honorum Titulos seri Nepotes Tuo sacrabunt Nomini, quòd nimirum tam prudenti ac laudabili consilio institueris, ut universa *Prosapiæ Tuæ* Ornamēta, quæ hucusq; in domesticis litterarum Scrinijs partim hinc inde dispersa jacuerunt, partim autem in alijs Monumentis vix non oblivione consepulta latitârunt, in unum colligerentur, collectaque futuris Sæculis publicè exponerentur.

Gratulor proinde Felicitati atque Gloriæ Tuæ *Illustrissime* ac *Excellentissime Comes*; &, dum ardentibus Votis precor, quatenus propitium *Cœli Numen* Tibi, Tuæque Florentissimæ Posteritati omnigenæ Prosperitatis ac Gloriæ incrementum impertiri dignetur, simul etiam eâ, quâ par est, observantiâ abs Te peto, ut, quemadmodum Tu *Augusto Cæsari* Patriæque Tuæ totum Te devovisti, sic etiam ego usque ad 'Aras merear esse ac permanere

ILLUSTRISSIMÆ EXCELLENTIÆ TUÆ

Devotissimus ac submississimus servus

Dominicus Franciscus Calin
de Marienberg, &c.

PROLOQUIUM
AD
LECTOREM.

SImpliciter scribo, quia Veritatem scribo. Historia quippe, quæ, juxta Ciceronis Testimonium, est Lux Veritatis, non amat obscuras Verborum Metamorphoses: Nec (quia à Pictoribus graphicè nuda repræsentari consuevit) ullo modo gestit, aliquo Grandiloquentiæ fuco vestiri: unde non ineptè Joan: Sambucus, Cæs. Historiographus, dixit: Orator debet esse pugnax & argumentosus, Historicus verò simplex, planus, certus, &c. Utpote qui res, de quibus scribit, cùm præteritas, tum etiam præsentes, simplici Stylo, & citra minimam Adulationis umbram clarè exponit, Lectorisque judicium nullis sensuum amphibologijs irretire, aut ejus animum, per multifarias ambages, in legendo retardare cupit. Quapropter, si Tibi placuerit, hasce tenues exigui ingenij

Joannes Sambucus Cæs: Historicus in Præfat. Rerum Ungar. ad Max. II. Imp:

mei

5

mei Lucubrationes percurrere; reperies sub simplici verborum Stylo nonnisi puræ Veritatis Periphrases reconditas esse. Nihil enim in concinnando hoc Nobilissimæ Proskoviæ Prosapiæ Opusculo repræsentavi, quod Veritati non congruum fuisset, aut abominabilem minimæ Adulationis saporem in se continuisset. Pridem quippe cum præfato Joanne Sambuco novi, Adulationem ceu pestem fugiendam Historico esse, quòd eâ corrumpantur omnia, obscuritatem rebus prætendat, dubitationem vel maximè claris objiciat; â qua, Teste Diodoro Siculo, ne quidem Thucydides in Atheniensium rebus liber fuisse traditur. Quapropter, ne etiam ego tali notæ subjacerem, omnia & singula, quæ Veritas in calamum mihi dictavit, liberè exposui; Casusquè & Eventus omnes, æquè prosperos ac adversos, qui sub utraque Sorte Proskovijs aliquando obtigêre, seposito omni respectu, intrepidè inserui: ut proinde vel ex hoc Argumento sanctè conjicere queas, quòd (sicut jam alibi dixi) non sim μυθογράφος, sed λογογράφος. Vale.

Sic præfatus Samb. ibidem.

C CA-

CATALOGUS

Authorum, ac Documentorum, ex quorũ Traditionibus ac Teſtimonijs, quæ hoc Opuſculo continentur, excerpta ſunt: Nominibus eorum promiſcuè poſitis, &c.

I. Ex Genealogicis Operibus Bartholomæi Paprocij. &c.
II. Ex pervetuſta Pruskovvskyana Geneſi Joannis Laſitzky, ſive Laſicij, Hiſtorici Poloni. &c.
III. Ex Hiſtorico-Genealogicis Collectaneis Joannis Dreſſelini Jur. Conſ. &c.
IV. Ex Chronico, ſive Decadibus Regni Ungariæ Antonij Bonfinij. &c.
V. Ex Hiſtoricis Regni Poloniæ Operibus Martini Cromeri. &c.
VI. Ex Epitome Hiſtorica Rerum Bohœm. R. P. Bohuslai Balbini è Soc. Jeſu. &c.
VII. Ex Marte Moravico Thomæ Joan. Peſſinæ Epiſcopi Samandrienſis. &c.
VIII. Ex Baſilico Genealogico Eliæ Reuſneri, Leorini, Hiſtoriarum Profeſſoris. &c.
IX. Ex Æneæ Sylvij Piccolominei Hiſtoria Bohœmiæ.
X. Ex Orbe Polono R. P. Simonis Okolsky, de Nobiliſſimis Regni Poloniæ Familijs. &c.
XI. Ex Chronico Bohœmiæ Wenceslai Hageccij. &c.
XII. Ex Annalibus, ſive Chronico Sileſiorum Joachimi Curæi. &c.
XIII. Ex Teſtimonio Reverendiſſimi ac Illuſt. Domini, D. Balthaſaris Epiſcopi Vratislavienſis, Lib. Bar. Pleſſenſis. &c.
XIV. Ex Summorum Pontificum Indultis, Invictiſſimorum Cæſarum Diplomatibus, aliorumque Maximorum Principum ac Regum Codicillis. &c.
XV. Ex diverſis denique PROSKOVIÆ GENTIS Domeſticis Annotationibus; Genealogicis Fragmentis; Matrimoniorum Contractibus; Sepulchralibus Inſcriptionibus, alijſque Litterarijs Inſtrumentis. &c.

ISA-

ISAGOGE HISTORICA IN GENEALOGIAM

Illuſtriſſimæ ac Vetuſtiſſimæ PROSKOVIORUM PROSAPIÆ;

ILluſtrium Proſapiarum Geneſes temporibus noſtris ſcribere, res non modò perquàm difficilis, verùm etiam plena periculorum eſſe videtur. Difficilis; quia, quæ jam pridem devoluta vetuſti Orbis Sæcula oblivione quodammodo involverunt, neceſſum eſt, ſolerti ſtudio rurſus revolvere; &, quæ parcè confuſoq; ordine hinc inde inChartophilaciorum Scrinijs velut conſepulta reliquerunt, non minori etiam curâ, ac labore, in publicam Orbis lucem poſtliminiò reproducere. Periculoſum autem evenit (ut dixi) Geneſes tractare; quia, tametſi omnia, quæ in ijs continentur, ex fide digniſſimis Monumentis congeſta, doctorumque Virorum Teſtimonijs apprimè comprobata compareant, plerumque tamen ab inſipientibus Momis, invidiſque alienæ Gloriæ Æmulis, ceu con-

Geneſes ſcribere, difficile & periculoſum. &c.

ficta

ficta ac falsa torvè despiciuntur; & quin imò Vulcano digna esse temerè dijudicantur.

Verùm enim verò, si hujusmodi iniquos Aristarchos Litteratorum calami abhorrescerent, pauci sanè reperirentur, qui Illustrium Familiarum Stirpes compilare, Heroumque res præclarè fortiterque gestas, in Fastos Æternitatis referre conarentur: nec isti etiam tanto fervore, ac zelo *Palladi*, aut *Marti* sudorem suum consecrarent, nî certi essent, se post suprema vitæ funera, doctorum Virorum beneficio, immortali cum Gloria inter Mortales versaturos; juxta Testimonium Sapientissimi Catonis, qui ita disertè ait: *Quis tantos labores, nocturnos, diurnosq; Domi, Militiæque susciperet, si iisdem finibus Gloriam suam, quibus Vitam esset terminaturus? Sed optimi cujusq; animus, maximè ad immortalitatem Gloriæ nititur. &c.* Hæc autem nullo alio modo, præterquam per Litteraria Monumenta perpetuari potest, quandoquidem deficientibus his, nulla apud nos vigeret memoria Alexandri Magni, nulla Julij Cæsaris, aliorumque fortissimorum Heroum; sed, quidquid ab Orbe condito, hodiernum usque in diem actum gestumque fuit, omne id alto silentio involutum, & absq; ulla reminiscentia lugubri sub terra consepultum jaceret.

Cato Major.

Litteraria Monumenta, Æterna.

Cùm itaque mei propositi sit, præsenti in Opusculo *Illustrißimæ Vetustißmæq; Proskoviæ Prosapiæ* latitantia per tot Annorum Centurias insignia Decora, ex obscuris ingratæ oblivionis cineribus in publicam Orbis Lucem revocare; idcirco missis, susque deque habitis quibuscunque malignis Momis, brevi & simplici stylo, per hanc *Historicam Isagogen* demonstrabo Nobilissimæ ejusce Gentis *primævam Originem*; *venerandam Generis Vetustatem*; *sublimem Sanguinis Excellentiam*, *& prælustrem Gentilitiorum Insigniorum Prærogativam*. Deinceps autem pertexam

texam totius præclarissimi Stemmatis divisam in diversas Generationes *Genealogiam*; ex quâ porrò, non modò constabit, undenam *Proskoviorum Cognomen* aliquando suum Axioma sumpserit, verùm etiam, juxta tempus ac ordinem demonstrabuntur multifariæ jam memoratæ inclytæ Gentis, ante tot Sæcula, hinc inde *Migrationes*; mirabiles rerum Eventus; diversa apud Summos Orbis Principes, quà Sago, quà Togâ, laudabiliter perfuncta *Munia*; præstantissima desuper *Nobilißimorum Connubiorum fœdera*, aliaque permulta, quæ in recensione ejusdem Genealogiæ, Historicâ simul, & Chronologicâ Methodo, *Lectori* ob oculos lucidè ponentur.

Quantum igitur attinet ad Primævam *Nobilißimæ Proskoviæ Prosapiæ* Originem; sciendum est, eam (secundùm approbatissimorum Authorum sententiam, veterumq; Codicum demonstrationem) ex vetustissimis, ac potentissimis olim in Bohœmia *Bilinæ Comitibus* sua Exordia sumpsisse. Cujus rei veritas autem ut solidissimis comprobetur argumentis; audiamus imprimis *Joannem Dresselinum* Jur. Cons. gravissimum, Virumq; in perscrutandis Illustrium Familiarum originibus solertissimum, qui in suis Historico-Genealogicis Collectaneis, firmissimum præsenti materiæ fulcrum addens, sicce inquit: *Pruskowskij Barones (quantum in pervetusta eorum Genesi, quam Joannes Lasizky Regis Poloniæ Historicus, Anno D. 1576. compilaverat, inveni) provenerunt ex quibusdam Antiquißimis Bohœmiæ Comitibus, qui Bielinskij fuerunt appellati, & ferreas Equorum Soleas in Scuto gerebant. Quomodo autem Pruskowskyorum Cognomen illi acquisierint, sequens Genealogia suo loco docebit.* &c. Verùm ne videamur, unico fundamentali lapidi integram molem superædificare velle, audiatur etiam *Eruditißimi R. P. Balbini* Soc. Jesu super hac re Testimonium; cujus tenor in Epitome

De Origine Proskoviæ Prosapiæ. &c.

Joan. Dresselinus Jur. Cons. inter alias quamplurimas Procerum Prosapias. &c.

R. P. Balbinus idē scribit in

Epitome Hist. Boh. l. 3. c. 5. fol. 181.

me Historica Bohœmiæ sequens est: *Inter primas Stirpes* (ait ille) *quæ cum Czecho, nostræ Gentis Authore, circa Annum Christ.* 278. *in Bohœmiam advenerant, una fuit, quæ in Clypeo Gentilitio Ferreas Equorum Soleas depictas gestavit; ij à Bilina, Civitate in Bohœmia condita, Bilinæi Comites postea sunt vocati. &c.* Et addit paulò pòst: *Ab his Comitibus Bilinæis,*

Idem Balbinus Folio eodem.

quorum in Polonia Stirps perseverat (ut Autor est Paprocius)

Barthol. Paprocius inter Barones Bohœmiæ. &c.

Pruskowskij in Bohœmia quondam, nunc etiam in Silesia & Moravia, aliæq; Illustrißimæ ac Generosißimæ Stirpes, quamvis discretæ Nominibus, Ortum traxerunt. &c. Cujus rei Argumentum idem Balbinus in sequentibus solidiori adhuc confirmat Authoritate, dum infit: *Comites Bilinenses Czechum in Bohœmiam secuti, jam ante Annum* 578. *Comites leguntur, ex quibus Pruskowskij, Zelinij Barones, alijq; plurimi descendunt.* &c.

Iterum Balbinus, priori lib. & cap. fol. 186.

Ulteriùs hîc (cùm in ore duorum vel trium omne consistat verum) circa Illustrissimæ hujus Gentis Originem non progredior. Atqui obtrudere forsan aliquis mihi audebit, Primò: Cur *Comitum Axioma,* ceu præstantissimam *Majorum* Prærogativam, *Pruskovij* hucusque non servârint? Secundò: Cur aliud *Cognomen,* à Prædecessoribus eorum omnino dissonum, assumpserint? Tertiò: Cur eorum tam rara & jejuna in Annalibus recordatio fiat? Extricabit me rursus circa primam Quæstionem, jam sæpius cum laude memoratus *P. Balbinus,* quam hunc in modum ibidem dissolvit: *Sed illud fortè plurimis inobservatum, quod ex Nobilitate Bohœma non pauci (qui hodie non nisi Baronum aut Equitum in Ordine censentur) ante* 400. 500. 600. *atque etiam Mille annos, in Comitum Dignitate steterint, & Comites in publicis Regum, ac Principum Litteris appellati legantur, donec circa Annum, (ut reor)* 1200. *unà omnes concordi sententiâ Comitum Nomen abjecerunt.* &c. Cum igitur *Pruskovij* sub id tempus, non modò in *Silesia,* verùm etiam in *Bohœmia* vixerint, credendum

Multi, qui hodie non nisi Barones, aut Equites sunt, ante 400. 500. 600. & 1000. Annos, Comites fuerunt &c. Sic rursus Balbinus l. c. & fol: eodem.

proinde

proinde facilè est, eos unanimi quoque Congentilium assensu, *Comitum* ac *Baronum Prærogativam* spontaneâ voluntate rejecisse, seque deinceps *Dynastas* & *Equites Pruskowskyos* tantummodò nominare voluisse. Quantum secundam concernit Quæstionem; notissimum omnibus Historiarum peritis est, quòd priscis temporibus quamplurimæ *Illustres Familiæ,* cùm in diversos Ramos sese extenderent, ut discrimen aliquod inter eas haberetur, aliæ ab Arcibus, aut Dominijs; aliæ autem à fortuitis Eventibus, & proprijs etiam subinde Nominibus, novum *Cognomen* assumpserint, idque velut Hæreditario jure, ad Posteros suos transmiserint. Quali demum casu Nobilissimæ huic Genti Ethymologia *Pruskowskij Cognominis* obtigerit, in sequenti Genealogia sub Generatione VIII. clarè enucleabitur. Ad Tertiam Quæstionem responsionis loco reponitur: nullatenus esse credendum, quòd *Pruskovij,* tametsi de ipsis in Annalibus rara mentio fiat, antiquis temporibus non fuerint Magnanimi ac *Illustres Heroës,* magnæque apud Summos Principes ac Reges æstimationis.

Pruskovij etiam Comitum, ac Baron-Titulum spont. volunt: rejiciunt. &c.

Diversitas Cognominum ab Arcibus, Eventibus, Nominibus, &c. oritur.

Ethymologia Pruskowskij Cognominis in Geneal. sub Generatione VIII. reperienda.

Quod Gloriæ Argumentum, cùm diu multumque, ab Invidia haud dubiè surreptum, in Litterarijs Scrinijs velut omnino consepultum delituisset, ideoque à Scriptoribus invito hucusque Silentio prætergressum fuisset; id *Invictißimus* modernus *Rom. Imperator* LEOPOLDUS, non ita pridem *Augusto* planè *Testimonio* luculenter approbavit; proque æviterna *Pruskoviæ Prosapiæ* Gloria sacrosancto Chyrographo sublimiter desuper confirmavit. Legantur proinde *Majestales* ejus *Litteræ,* quæ Germanico Idiomate inter cœtera sic sese habent.

ꝛc. Wann wir dann gnädiglich angesehen / wahrgenommen / und zu Gemüth gezogen / daß nicht allein / in denen Polnisch = Böhmisch = und Schlesischen Cronicken sehr be-

Majestales Litteræ Invictissimi Rom. Imp. LEOPOLDI. &c.

 rühmt

rühmbt Uhr-alt Adeliche und Ritterliche Geschlecht Proskaw/ sondern auch dasselbe noch Anno Zwölff hundert und vier/ von * Stanimiro her seinen Ursprung und Grund deß Alten Freyherrn Standes erlangt / und fest gesetzt / seine Successores in unterschidlichen Monarchen / hochwüchtigen / und glückseeligen Progressen, Bedienungen hoher Ambter / Legationen / Gubernamenten / in Krieg und Fridens Zeiten / jederzeit also beständig / auffrichtig und trew sich verhalten / daß jhnen nit möge ein Staub der geringesten Mackel einiger Untrew vorgewisen werden. etc.

* Perabusum, aliàs Stagimiro.

Pruskoviorum Heroum immortale Elogiū.

Apage igitur nunc, quisquis *Pruskoviæ Gloriæ* invidere studes! audijsti quippe ex inviolabili, ac sacrosancto *Augusti Cæsaris* Testimonio, *Pruskovios* fuisse Viros, ad summa quæq; natos: utpote qui apud diversos Orbis Terrarum Principes ac Monarchas, in peragendis arduis Negotiis felicitatem; in sustinendis excelsis Officiis gravitatem; in obeundis Legationibus prudentiam; in regundis Provinciis Dexteritatem; Domi deniq; Militiæq; constantiam, fortitudinem & Fidelitatem, tali semper fervore ac zelo demonstrârunt, ut ne minima quidem alicujus sinistri facti labecula illis imputari queat. O Testimonium, non Cedro aut Marmori, sed pretiosissimo cuiquè Adamanti, pro sempiterna gloria insculpendum!

Tametsi autem tot tantaq; Decora luce meridianâ clariora existant; audio nihilosecius (quia Livor nunquam satiatur) aliquem susurrando mihi objicere duos *Belinæ Comites*, *Brasomilum* unum, alterum verò *Pruskoschium*, utpote *Pruskoviorum* Prædecessores, quorum uterq; miserabili nimium ac infelici exitu ultimam vitæ periodum aliquando terminare debuerunt. Ast objiciat tantùm, per me licet: nihil hîc producet tamen, quod illustrissimum *Pruskoviæ Gentis* splendorem vel minimè obfuscare possit. Si enim

Apologia pro duobus Bilinæ Comitibus. &c.

enim rem penitius examinaverit, reperiet; quòd prior (dum gravissimam, Procerum instinctu, coram *Boleslao Duce Bohœmiæ*, cognomento Sævo, in Reipub: emolumentum haberet orationem) stricto ejusdem Principis mucrone, velut innocens Victima in dilectæ Patriæ Holocaustum gloriosè ceciderit. Sed quid mirum, si inculpatus hic Heros â Principe illo injustè sub dio trucidatus fuerit, qui nec Sanctissimum germanum suum, ad Sacras Aras genuflexum, nefariè etiam jugulare non perhorruit? Quid autem judicabit ulteriùs, ubi animadverterit, quòd posterior (qui, Teste Hagecio, omnium Wladicarum in Bohœmia potentissimus erat, ideoque facilè sibi multorum Invidiam comparare potuit) apud *Bretislaum Ducem* de clandestina cum hostibus amicitia iniquè criminatus, ex ejusdem Principis severâ nimiùm ac inconsultâ sententiâ, funestissimam quoq; vitæ Tragœdiam sine culpa peragere debuit? Nihil fuit quippe antiquitùs novi, insontes in pœnam trahere: Quandoquidem (dicit Miechovius) *Barbara nimiùm ac severa Antiquitas, omnia pro libitu disponebat; ibi nullum Jus, nullæ Leges respiciebantur, sed quidquid immanis furor, & vesana Hominum mens persuadebant, executioni mandabatur.* &c. Non mirum propterea videri debet, si & hi inculpati, ac Christianæ Religioni addictissimi Heroës, Sæculis illis nefariè cadere debuerint, quibus omnia immanis regebat Furor, abominandaque superstitiosorum utcunque Ethnicum adhuc Thus redolebant Simulachra Deorum.

S. WENCESLAVI Bohœmiæ Dux à Boleslao Fratre nefariè trucidatus.

Hagecius in Chron. Bohæm. Ger. f. 149

Miechovius in Tract. de Veterum Moribus. &c.

Verùm esto, non concessò tamen, quòd alicui ex *Pruskoviorum Antecessoribus*, supercilioso ac Rhadamantino (ut ita dicam) tuo judicio, ante tot Sæcula nævus aliquis adhæsisset, non mirum tamen usque adeò tibi videri debet: supponendum etenim est, illos

 etiam

etiam fuisse Homines, & non Deos, quibus solis ab æterno concessum est, delinquere non posse. Volve itaque quæso, iterumque revolve omnia veterum Historiarum Monumenta; &, juro, non reperies, antiquis temporibus toto Orbe fuisse Principalis, nedum dixero Regij Sanguinis tam Illustrem tamque fortunatam Progeniem, quæ non sinistræ subinde quoque Sorti succubuisset, aut, quam nuspiam indignæ excelsis Natalibus aliquando etiam non coinquinâssent notæ, denique verum est:

\- - - - - - *Nemo sine crimine vivit.*

Ne autem nimio labore circa hanc materiam incassum desudes, adducam tibi hîc in Exemplum, quos tu forsitan ex *Pruskovijs* nonnihil reprehendendos arbitraris. Ex horum itaque censu possent esse duo *Janussij*: Secundus scilicet, & Quartus; quos tibi sequens Genealogia sub *Generationibus*, X. & XII. apposite exhibet. Sed quid, amabo te, in ijs reprehensione dignum invenies? Prior quippe fuit Juvenis Generosi Spiritûs, Gloriæquè cupidus, qui sibi quocunque modo sublimes voluit auspicari Thalamos. Posterior verò nihil eousque etiam novi aut sinistri patravit, dum *à Stephano Hungariæ Duce* (quocum ei, ratione *Irnæ*, patruæ suæ, quæ* *Protosebasto Principi Byzantino* desponsata erat, aliqualis mutuæ Cognationis, seu potiùs Affinitatis nexus intercesserat) adversus Regem *Geysam*, unà cum alijs magnæ Authoritatis Viris in partes tractus fuit. Vide hîc Affinitatis Tabulam.

*Sic Lasizky in Geneol. Pruskaviana. &c.

FRAGMENTUM GENEALOGICUM

Impp. ac Principum Byzantinorum, decerptum ex Stemate eorundem Impp. concinnato à Joanne Berthero, &c.

FRAGMENTUM GENEALOGICUM

Bilino-Pruskowskyæ Prosapiæ, desumptum ex Genealogia Pruskowskyanæ Gentis, Authore Joanne Lasizkyo, &c.

Issacius Comnenus
Imperator Byzantinus, &c. Anno Christi 1060.

Pruskoschius
Comes Bilinensis in Bohœmia, &c. Anno Christi 1041.

Alexius Comnenus
Imperator Byzantinus, obijt Anno Christi 1118. Uxor ejus fuit Irene, Joannis Ducæ Cæsaris Neptis, &c.

Slavviezius II.
Comes Bilinensis, Pruskoschij Comitis Filius; à Polonis promiscuè appellatus Bilinsky, & Pruskoschky, &c. claruit Anno Chr. 1083.

Issacius.
Comnenus Sebastocator, &c.

Joannes
Imperator Byzantinus, qui & Calojoannes dictus fuit; obijtque Anno Chr. 1143.

Sobieslaus
Cognomento Pruskowsky, Miles Colomanni Hungaror. Regis, &c. perijt submersus Anno Christi 1130.

Andronicus
Comnenus, Alexij II. Imper. Tutor, & Occisor, de quo specialiter alibi sermo fiet, &c.

Manuel
Comnenus Imperator Byzantinus &c. decessit An. Christi 1180. &c.

Issacius
Comnenus Sebastocrator, &c.

Andronicus
Sebastocrator, qui ante Patris Fata decessit, &c.

Janussius II.
Pruskowsky, Strenuus Militum Ductor sub Stephano II. Rege Hungar. &c. Hujus Uxor fuit Dobrogna, Wladislai Poloniæ Ethnarchæ Soror, &c.

Alexius II.
Imperator Byzantinus ab Andronico Tutore nefariè strãgulatus, Capiteque truncatus, reliquum cadaver culeo insutum in mare projectum est. Anno 1183. &c.

Maria
Isacij Comneni Sebestocratoris Filia, cujus Maritus fuit hîc inferius positus

Joannes ☞
Protosebastus, Andronici Sebastocratoris Filius, hujus Uxor Irna, Janussij II. Pruskowskij Filia.

Irna
Janussij II. Pruskowsky Filia, Despõsata Joanni Protosebasto Andronici Sebastocratoris Filio hîc opposito.

Alexius
Pruskowsky à Geysa II. Hungaror. Rege aliquot Ditionibus donatus, vixit adhuc Anno Christi 1167.

Maria
Nupta Almerico Regi Hierosolymorum, &c.

Stephanus
Dux Hungariæ, qui contra Geysam Regem, Fratrem suum, Sceptrum arripiens, Regno Hungariæ exactus, paulò ☞ post in Castello Zemlen obijt Anno Chr. 1178.

Janussius IV. ☜
Pruskowsky, à Stephano Duce Hungariæ in partes tractus, &c.

Verùm,

Verùm, quicquid (si ita tamen vis) dedecoris olim in *Pruskowskijs* notandum fuisset, nullatenus reprehensione vel minimâ temporibus nostris dignum censeri debet: quandoquidem Egregij eorum Posteri, post tam longam, tamq; diuturnam tot variabilium Sæculorum revolutionem, omne id illustribus Factis cum sempiternâ Nominis gloriâ insigniter diluerunt, innumerisq; eximiis Meritis amplo cum fœnore plausibiliter resarciêrunt.

Observâsti, spero utique, in jam producto Imperatorum Byzantinorum Genealogico Schemate indignissimum prorsus, & inauditum tantis Natalibus Exemplum: præsertim in *Andronico Comneno*, Alexij Imperatoris Cognato & Tutore; de quo in *Genealogico Romano Eliæ Reusneri* inter Imperatorum Byzantinorum Familias hæcce leguntur: *Isaacius Comnenus Sebastacrator, Calojoanni Cæsari apprimè charus, genuit Andronicum Comnenum,* (jam attende) *qui, Alexio Cognato perfidè sublato, Imperium invasit, desponsatamq; illi Agnetem, Ludovici Regis Francorum Filiam, in Uxorem duxit: coronatus à Basilio Comatero Patriarcha. Quò autem Tyrannidem stabiliret: Proceres omnes, quorum suspectam Virtutem habebat, brevì interfecit. Vir fuit namque fraudulentâ calliditate, & Lupinâ sævitiâ nulli secundus: ideoque meritò omnibus invisus. Quare quum bello à Guilielmo Siculo, impuberis Alexij cædem injustam vindicaturo, undique premeretur: tandem ab Isaacio Angelo, quem ad supplicium corripi mandaverat, præter suam omniumq; opinionem Imperio est dejectus, captusq; & alterâ manu, oculoq; mutilatus, Asinæ præposterè impositus, Capite alliorum reste, Diadematis loco, præcincto, bestiæq; caudâ manibus pro Sceptro alligatâ, Spectaculum factus mundi: turbæ vulgiq; tumultu lacer perijt, Pridie Idus Septembris, Anno Christi* 1185.

Elias Reusnerus in Genealogico Romano, Fol. 107.

Potestne ergo quid audiri truculentius? aut excogitari horribilius? Si itaque in Augusto Cæsarum Sanguine tam nefanda olim tamque atrocia facinora patrabantur, meræ nugæ profectò sunt, quæ ego de duobus Bilinæ Comitibus, *Brasomilo* & *Pruskoschyo*, ac nunc de *Janussio* III. & IV. *Pruskoviorum Dynastis*, in antecedentibus allegavi. Procul igitur facessat hinc, quidquid inglorium, aut indecorum esse potest: protinusq; turpis obmutescat Livor, nî lucidissimo Soli illustres radios sub sereno meridie temerariâ ac vanâ garrulitate disputare contendat.

Pruskoviorum adventus in Bohœmiam.

Quod si autem nunc in *Pruskovia Gente* Vetustas Generis, ac Sanguinis sublimitas requiratur? jam dictum superiùs est, illius Prædecessores temporibus *Czechi*, circa Annum Christi 278. unà cum alijs quàmplurimis fortissimis Heroibus, ex Illyrio in Bohœmiam advenisse: ut proinde ab Annis 1404. sua Exordia extra Illyrium repetere queat. Quod attinet *Sanguinis Excellentiã*, perquam sublimis est quoque in *Proskovijs*; utpote quorum ijdem primi *Progenitores* ex *Veterum Bohœmiæ Ducum* Cognatione (prout sequens *P. Balbini* Genealogica Tabula clarè demonstrabit) per Fæminas descenderunt. Mentionem autem antecedenter hîc facere volui, quòd Rerum Bohœmicarum Scriptores de adventu *Czechi* in Bohœmiam diversimodè inter se dissentiant: ast ego sententiam *Weleslavini*, qui à toties memorato *Balbino* inter omnes Patriæ Scriptores, cùm circa Historiam, tum circa studium & observationem Chronologiæ, plurimum extollitur, præ cunctis etiam amplector; cujus Traditione *Czechus* & *Lechus* ex *Ducibus Croatiæ* orti, Anno Christi 278. à *Zalmanino*, *Circipani* (qui in *Bohœmiæ* & *Moravia imperitabat*) Filio evocati, cum magnâ *Slavorum Nobilitate* in auxilium contra Romanos venêre. &c. Alij aliter; vide jam *Balbini* Genealogicam Tabellam.

Generis Antiquitas, & Sanguinis Excellentia.

Balbinus in Epist. rerum Boh. l. 1. c. 10. fol. 70. &c.

Hled. qui cum Czecho Gentis Principe in Bohœmiam advenit.

Crocus I. Dominus in Wladorz, Dux Bohæmiæ juxta Weleslavinum Anno 345. postea etiam Dux Poloniæ. — Borzena. — Bazan Frater Croci.

Crocus II. Princeps Bohœmiæ Anno 395. regnavit Annis 39. obijt sine Prole mascula, reliquit Filias tres. — Niva. — Milencka Croci I. Filia, data in Conjugem Marcomiro Regi Franciæ. — Lapack claud', Zwratka, de Posteritate Lapaci nil constat.

Kassa, Croci II. Filia. — Maritus Bivojus Filius Comitis Sudiwogij. — Libussa Dux Bohœmię regnatrix, Croci II. Filia. — Maritus Premyslaus ex Villa Stadiz. — Tetka condidit Slavossow, seu Beraunam, Croci II. Filia. — Maritus Slavossius Filius Whodbogij.

Rodislaus, qui Ronaw condidit. — Protoslaus. — Biela condidit Bilinam. — Maritus Kossal, vel Kosstial, Filius Radossij, Nepos Lubossij. — Nezamislius Dux Bohœmiæ, cæteriq; ab eo Duces & Reges usq; Wenceslaũ VII. Olomucij cõfossum. An. 1306. hanc Genealogiam, totamq; Ducum, & Regum posteritatẽ adduximus alio in loco. Vide Weleslavin: & Cratonem ad Dubraw. & Reusnerum, & Theobald. — Hes. vide Historiam M. S. Clatoviensẽ. Ex hoc Hessio descendunt omnes in Bohœmia Familiæ, quæ Tabulam Scachidis ferunt, ut de Wescze, de Klenowa, de Janowiz, Dohasky, &c.

Rodow, hujus ignonatur successio. — Cleboslaw. — Ctihob, qui condidit Bielam. — Lidomir, à quo Lido, seu Litomericium, condidit Pokraticium, nihil aliud scitur. — Sudipraw Dominus Bilinensis.

Rod, qui condidit Radotin. — Zbraslaw, qui condidit Villam Zbraslaw. — Kalboy. — Weslau. — Hruta Dominus Bilinensis.

Ab his ortæ sunt omnes Familiæ Baronum: Leonum, Hassenburgiorum, & Sselenbergiorum, &c. — Ab hoc Kalboy orti sunt Kaplirzij Kosstialovienses, & Sulewicenses, &c. — Suchoslaus, vel Sukoslaus. — Stugmir, vel Stroymir, Dominus Bilinensis, electus (ut ante dixi) Princeps Bohœmiæ.

Milles, qui Millessow condidit. Ab hoc Millessio descendunt Kaplirzij Millessovienses, &c.

1. Zwislau I. *Comes Bilinensis.*
2. Brasomil I. *Comes Bilinensis.*
3. Stagymir II. *Comes Bilinensis.*
4. Sowiebor I. *Comes Bilinensis.*
5. Slawiez I. *Comes Bilinensis.*
6. Pruskosch. *Comes Bilinensis.*
7. Slawiez II. dictus PRUSKOSCHKY, & PRUSKOWKY, in Patris memoriam. Ex hoc porrò modernorum Comitum PROSKOVIORUM Prosapia derivatur, &c.

☞ Sic Joannes Lasizky, Regis Poloniæ Historiographus in Genesi PRUSKOWSKYORUM, Anno Chr. 1576. deduxit hos Comites Bilinenses.

Sic hucusque R.P. Balbinus in Epitome Historica Bohœmiæ.
Lib. I. cap. X. fol. 82.

Cùm

Cùm itaque lucidè remonstratum sit, *Bilino-Pruskovios Dynastas* (quorum *Kaplirzij Milessovienses*, siqui adhuc ætate nostrâ vivunt, vigore hic productæ Genealogicæ Tabulæ, proximi Consanguinei censendi sunt) jam ante quatuordecim Sæcula in Bohœmia illustres exstitisse; eorundemqun Stirpem, *Ducali Sanguine* irrigatam, ad hæc nostra usque tempora (ut postea patebit) sine ullâ interruptione, felici sydere propagatam esse; quid ergo potest desiderari ad exprimendam Generis ejus Antiquitatem honorificentius? aut quid ad probandam Sanguinis claritatem splendidius? Grandia profectò (sive Vetustatem Generis, sive Excellentiam Sanguinis in ea spectes) Decora hæc sunt: quæ nonnisi mente captus temerario ausu lacessere, aut invidiâ ductus, mordaci dente perstringere concupiscat. *Antiquitati*, inquit Winckelmannus, *suus debetur Honos ubiq; locorum; & rei alicujus Antiquitas, si demonstretur, præ se fert excellentiam, Authoritatem, & dignitatem; siquidem imaginem rerum præteritarum, tanquam in speculo repræsentat, quas tempus edax rerum aliàs totaliter corrupisset.* Unde non abs re dixit etiam Aristoteles: *Est id honorabilius, quod est vetustius.* Et Nicephorus Callistus: *Quidquid vetustate commendatur, id venerabile esse necesse est.* Ut & Hegesippus: *Dulce est, inter Majorum versari habitacula; quia vetustas Generis longiùs progressa, eò plus Authoritatis habere creditur. &c.*

Kaplirzij Milessovienses Pruskoviorum proximi Consanguinei. &c.

Joan. F. Winckelmannus, in Arb. Genealog. Heroum Europ. sub. n. 24.

Aristoteles.

Niceph. Callistus. Hegesippus. &c.

Nobilibus autem *Majoribus* esse progenitum, pro speciali Gloriæ ac Felicitatis prærogativa, Teste Cicerone, æstimandum est; secundum id: *Omnes boni semper Nobilitati favemus; & quia Reipub. utile est, Nobiles esse dignos Majoribus suis, & quia apud Nos valere debet senex clarorum Hominum de Repub. meritorum memoria, etiam mortuorum.* &c. Et Plutarchus: *Pulcher est Nobilitatis, ac Licentiæ Thesaurus, bonis procreatum esse Parentibus.* Hæc itaque sufficiant, quoad Generis vetustatem, Sanguinisque excel-

Cicero.

excellentiam, pro immortali Nobilissimæ *Proskoviæ Prosapiæ* Gloria.

De Gentilitijs Proskoviorum Insignijs. &c.

Verùm cùm *Gentilitia Insignia* soleant etiam venerandæ Antiquitatis esse manifesta indicia: *Pruskovij* eadem, quæ olim *Comites Bilinenses*, in suis Clypeis etiamnum gestant; cum hac tamen disparitate, quòd isti *Duabus* tantum *Ferreis Equorum Soleis* utantur, cùm cæteroquin *Bilinæ Comites* Tres aliquando usurpâsse notentur. Qua de re sic iterum *Balbinus: Hujus igitur Familiæ* (Bilinensis scilicet) *Proceres primi, quod sciamus, ex tota Nobilitate Bohœma, S. Wenceslai Ducis sui amore, Sepulchrum sibi poné eum locum, in quo Sanctus Dux occisus est, delegerunt. Sepulchrales Lapides, quamplurimos Tribus Equorum Soleis notatos, Boleslaviæ jacuisse, Antiqui meminerunt; postea injurijs temporum & Bellorum, ardente toties templo, obruti, quidam nostrâ memoriâ, dum nova conderetur Ecclesia (quod consilium displicuisse non paucis scio) amitti cœperunt ex oculis; ita Sepulchra veteris Templi ruderibus insepulta, novis egerent Sepulchris vel Titulis, ut possent agnosci.* Et sequitur: *Andreas Piessinius, Boleslaviensis Ecclesiæ Collegiatæ Decanus, superiore Sæculo unum aliquem eorum lapidem antiquissimum, cui Soleæ Tres insculptæ inerant, Anno Christi addito* 1040. *in Templi Boleslaviensis medio locavit, ut scribit oculatus Testis Paprocius; at hodie nusquam lapis apparet, sed ad Columnam alius, quodammodo Antiquitate moriens, certè multùm jam exesus lapis visitur, Tribus itidem Soleis notatus; Litteræ, quæ lapidis hujus marginem circumeunt, assiduâ hominum ambulatione, unâ vel alterâ exceptâ, unde nihil conjicere possis, omnino sunt extritæ. Nimis quàm probabile est; insigni aliquo ad memoriam Beneficio, Comites Bilinenses Boleslaviense Templum prosecutos; istud enim, & perpetua Nobilitatis consuetudo, atque ipsa quædam Templorum Lex docere nos potest, quæ nisi beneficentissimis hominibus, & qui solido aliquo, & præsenti oblato munere, eam gratiam quæsierint, Jus sepulchri dare, ac multominus in Posteritatem extendere permittit; sed hujus Bene-*

Balbin. in Epit. Rer. Boh. c. 5. fol. 181.

In Ecclesia Boleslaviensi Insignia Solearum.

ficij

ficij memoriam Tempus, Hæresis, Bella, quibus sæpius Boleslavia nostra concidit, aboleverunt. Hæc Balbinus. Quod autem Comitum Bilinensium Prædecessores, antequam Bilinensem Civitatem, ac Tractum possederant, *Duas* tantum *Soleas* in Scuto gestaverint; Testis est (sic iterum referente *Joanne Dresselino Jur Cons.*) jam superius memoratus *Joannes Lasizky*, Historicus Polonus, cujus in consarcinatione *Pruskoviæ Genesis*, hæc verba sunt: *Pruskoviorum Majores, antequam Bielinskenses Comites vocabantur, Duas tantùm ferreas Equorum Soleas, propter pulchetrimum Stratagema, quo unus ex ijs Hostem deluserat, in Gentilitio Scuto circumferebant, postea autem aliqui ex ijs, potentiâ ac opibus aucti, Tres diversimode positas pro libitu gestaverunt. Fuerunt etiam nonnulli ex illorum Descendentibus, quibus visum fuit, non nisi unicam circumferre. &c.* Unde porrò, majori cum Authoritate evidentissimè apparet, *Pruskovios* verè fuisse, & defacto esse *Genuinam Bilinensium Comitum, eorundemq; Majorum Sobolem.*

Dresselinus ex Joan. Lasizkyo. &c.

Supersunt autem etiamnum ætate nostrâ *Belinæ*, sive *Belinij Dynastæ* in Regno Poloniæ; qui cùm eandem Originem cum *Pruskovijs* traxerint, *Insignia* quoque *Solearum*, cum subsecuta tamen aliqua additione, in *Clypeis suis gestant.*

Belinij, qui hodie Bielinskij. vocantur, supersunt in Regno Poloniæ.

De horum *Belinensium Dynastarum*, sive *Comitum*, Insignijs *R. P. Simon Okolsky*, industrius Historicus, *in Orbe Polono* Nobilium Familiarum sic loquitur: *Sunt Tres Soleæ anterioribus partibus sese contingentes, ita quòd una sit ad partem dextram, altera ad partem sinistram, tertia autem inferiùs his duabus, quasi utramq; anteriori suâ parte sustentans. Inter has est Gladius quassatus; Soleæ sunt coloris glauci, desuper Corona, super quam Manus aurea extenta vibrans Gladium.* Et subjungit mox inferiùs sequentia: *Refert Paprocius in Nido Virtutum, quòd Arma hæc primitùs à Boleslao Audace (scilicet Poloniæ Rege) concessa fuerint Parenti Zelislai, dum cum Ruthenis pugna-*

R. P. Simon Okolsky in orbe Polono, Tom. 1. fol. 32.

Paprocius in Nido virtutum.

ret

ret Rex infeliciter; ille namq; pervigil Custodes fudit, & nocte Hostem invasit, vicitq. Quapropter Rex simplicia Arma gerenti, Soleam sine Cruce, addidit Soleas Duas, & Gladium quassatum loco Crucis. Verùm circa Annum 1103. cum Boleslaus Krivoustius arma contra Swiatopelcium Moraviæ Principem movisset, Zelislaum Belina, Filium dicti Zelislai, Præfectum Belli elegit, remq; totam ipsi commisit; qui Victoriâ potitus, hoc suæ Virtutis Insigne cum Victoria ostendit, Manum propriam dextram sibi ablatam. Quapropter Boleslaus Insignijs ipsius Armis Manum auream addidit. Ita Paprocius & Bielscius. Quocirca vel à dicto Præfecto initia habent hæc Arma, vel maximam partem retinent ab illo. &c.

Optimè profectò concludit hoc Axioma jam memoratus *Okolskyus*; dum inquit, quòd *Belinij Dynastæ* in Polonia à *Zelislao* Præfecto Militiæ suorum Armorum maximam partem obtinuerint: fuit quippe *Zelislaus* ille *Zelislai* I. *Bilinensis*, qui unà cum Fratre suo *Sobieslao*, itidem *Bilinensi*, in Poloniam transfugerat, Filius; cui cùm parens, utpote inter *Bilinenses* natu minimus, nonnisi *Unicam Soleam* in Gentilitijs Armis gestandam reliquisset, hic demum, uti jam dictum, post fusos devictosque feliciter *Ruthenos*, in perpetuum tantæ Virtutis ac Magnanimitatis Testimonium, ampliora portare meruit. De his Duobus *Zelislais* legatur in sequenti Genealogia Generatio VIII. ubi & eorum Majores ac Consanguineos ultrò reperire licebit.

Pruskowskij autem semper retinuerunt absque ullo additamento *Arma duarum Solearum*, quæ etiam à *Comitibus Bilinensibus*, utpote Avis, Proavis, Abavisque suis hæreditariâ potestate aliquando in Bohœmia acceperant: donec tandem, post longas Annorum Centurias, à *Ferdinando* I. Pijssimæ mem: *Romanorum Imperatore, Germ. Hung. Bohœmiæq; Rege.* &c. Ob singularia fidelissimorum Obsequiorum Merita, *Baronali Dignitate* sublimati, aut potiùs pristino Prædecessorum Honori An. Christi 1560. ex postliminio restituti, supperaddito *Cervo* locupletiora gestare occæperunt. Prostat etiamnum de hoc Privilegio *Augustum Diploma* in Originali, quod unà cum alijs circa finem præsentis Opusculi legi poterit.

Pruskovij à Ferd. I. Rom. Imp. Lib. Baron. creantur.

Eorundem locupletata Insignia.

Verùm enim verò sciendum hic quoque est, Binas *Bruskowskyorum Prosapias* nostro adhuc Sæculo in Polonia superfuisse, quæ forsitan etiamnum ibidem supersunt. De harum priore jam semel citatus *Simon Okolskyus* inter cæteras Regni Poloniæ Nobilissimas Familias sic scribit: *Pruskowskij in Versaviensi Districtu Ducibus Masoviæ dilecti, sicuti Litteræ Joannis Ducis testantur, quibus contulit Villas, Pruskowo, Wolica, Peczycka*, &c.

Binæ Pruskoviorum Prosapiæ in Polonia.

Okolskyus Tomo 1. fol. 120.

Et hi unà cum alijs *Pruskowskijs*, qui suas Ditiones sub Montibus Hungariæ possidere feruntur, certo certius (tametsi eos præfatus Author ex alijs Incunabulis deducat) originarium & communem in Masovia Stipitem habuerunt *Bohuslaum Pruskowskyum*, qui (uti Generatio XII. exhibet) sub *Conrado Masoviæ Duce* inter *Equites Teutonicos* adversus infideles Ruthenos fortiter dimicavit; ac demum, resignatâ Equestri Dignitate, ex prædivite Connubio supranominatas *Pruskowskyorum* Lineas in Masovia & alibi, citra omne dubium produxit. Sufficit hæc pauca de his duabus Lineis dixisse.

Præterquam autem, quòd *Pruskovij Heroës* tam *Vetustate Generis*, quàm *Sanguinis sublimitate*, alijsque Honorum Adoreis summè fuerint semper decorati; maxima etiam eorum & potissima Laus est, quòd, dum superiori Sæculo quamplurimas Illustres Familias, per Bohœmiam, Silesiam, Moraviam, aliasque Augustæ Domûs Hæreditarias Provincias, *execrandæ Hæreseos* Tenebræ turpiter ac ignominiosè obscurârunt, isti sem-

Pruskovij Orthodoxæ Religioni semper addictissimi. &c.

semper in lucidissimo *Orthodoxæ Religionis* Meridie non modò constantes perseverârint, verùm etiam ferventissimo zelo viriliter adlaborârint, ut jamiam ruentes in simile *Hæreseos Dedecus* plurimorum Animi, â præcipiti lapsu salutiferis eorum cohortationibus præservati fuerint.

Pruskoviorum Pietas erga Deum Superos, nec non munificentia erga Religiosos & Pauperes. &c.

Longum etiam foret hîc recensere, quali Devotione & Cultu *Deum Superosq;* semper honoraverirt, quamq; magnifici ac liberales in fundandis pijs Operibus, & sublevandis Religiosis atque pauperibus, exstiterint: quæ, quia singula hîc particulatim comemorare nimis prolixum foret, tacito calamo præterimus; sufficiens Encomium circa hanc Adoream esse rati, si Oppoliæ, Gloggoviæ, Pruskoviæ, Oppaviæ, Princkenaviæ, Zültzij & Græcij in Silesia, diversæ eorundem prostent Sacræ Fundationes; *Deoq; Cælitibusq;* erecta splendida Sacella, Pauperumque Xenodochia *Pruskoviæ Pietatis* ac *Beneficentiæ* immortali Elogio deprædicabunt Gloriam. Noverunt quippe *Pruskovij*, quòd mediante *Pietate* Illustrium Familiarum Stemata semper florida conserventur, juxta Testimonium *Francisci Petrachæ*, qui siccè scribit: *Non ideò ad longam Seriem Antecessorum Stemmata numeramus Generis splendorem extollentes; sed largam Dei misericordiam prædicantes, qui Piarum Prosapiarum Ramusculos florere jussit. Nec juvat Avorum Lineas & Facta recensere, si eorum Virtus in Te deficiat. Quòd si Avorum celebritate cares, propria Virtus in Te incipiat, & Nomen tuum in Cœlis scriptum esse sufficiat.*

Sacræ eorum Fundationes per Silesiam. &c.

Testimonium Franc. Patrachæ, &c.

De varijs autem hinc inde *Pruskoviorum Transmigrationibus*, contractisque *Nobilissimorum Connubiorum* Fœderibus, hocce in loco nihil etiam commemoramus, utpote quæ omnia & singula in sequenti *Genealogia*, ad quam tandem aliquando calamum convertimus, satis superq; lucidè per *Generationes*, uti jam sequetur, explicantur.

GE-

GENEALOGIA
ILLUSTRISSIMÆ AC VETUSTISSIMÆ
BILINO-PROSKOVIÆ PROSAPIÆ;

IMPRIMIS

A JOANNE LASIZKYO,

Sive

LASICIO, HISTORICO POLONO, CONCINNATA;

Demùm

A JOANNE DRESSELINO JUR. CONS. CONTINUATA;

AC TANDEM

A ME CIRCA HISTORIAM ET CHRONOLOGIAM BENE EXAMINATA, PLURIMIS IN LOCIS EX DOMESTICIS ANNOTATIONIBUS, ALIISQUE DOCUMENTIS FIDELITER AUCTA, ATQUE AD HOC USQUE TEMPUS

PER XXVIII. GENERATIONES CONTINUA SERIE DEDUCTA, &c.

JUDICIUM

JOANNNIS JUSTI WINKELMANNI, Consiliarij & Historiographi Hasso-Oldenburgici super GENEALOGIAS.

H*Omini Virtutis cupido amœnior, jucundior, & gratior Typus non proponitur, quàm* ARBOR GENEALOGICA, *eô, quô decet, modô delineata; quæ elegantiâ suâ excellentiore oculos lætificat, animum venustate recreat, corruptam aliàs rerum faciem conservat & tuetur, absentes in memoriam revocat, ingenium artificio suo acuit, incitamento est adipiscendi Virtutes Heroicas. &c.*

In Arboreto Genealogico Heroum Europæorum. Fol 11. Num: 58.

Idem Num. 94.

U*Lteriùs manifestum est, quàm inæstimabilis sit scientiæ Genealogicæ usus in Decisionibus causarum; in Contractibus, Tutelis, Bonorum possessionibus & Testimonijs*, per Leg: Jurisconsultus 10. in Princ. ff. de gradibus Affinitat: *in factura & apertura Testamentorum & Codicillorum, in casibus Successionis & Hæreditatum. &c.*

GE-

GENERATIO I.

STAGIMIRUS I.

SAtrapa Bilinensis, ex sublimi Ducum Bohœmorum Sanguine progenitus; à Proceribus Bohœmiæ, *Borziwogij Principis* loco, exul in *Ducem* creatus, moreque usitato, Insignijs, Baculo, & Pileo *Primislai Primi*, solenniter decoratus, adijt Regimen Anno post Christum Natum 896. Verùm cùm Bohœmicæ Linguæ expers, & *Christianæ Religioni* addictus esset, ad vociferationem Ethnicæ Plebis, Decimo Regiminis Mense, Solio depositus, acceptisque in prœmium Centum Argenti, ac Tribus Auri Talentis, rursus in Bavariam, ubi prius Exul degebat, digno stipatus comitatu redijt, ibidemq; supremum vitæ diem clausit. &c.

A nonnullis Scriptoribus appellatur STUGMIRUS. ab alijs STANIMIRUS. STOYMIRIUS. STROYMIRUS. & â Bavaris STILFRIDUS. &c.

Ejus Filius fuit *Zwislaus*.

GENERATIO II.

ZWISLAUS I.

Comes Bilinensis, Stagimiri Principis Boh: Filius; ab *Arnulpho Rom. Imperatore* Bavariæque Duce, contra *Svatoplucum Moraviæ Regem* cum ingenti Exercitu missus; post devictum occisumque Regem, Imperatorio Nomine Præfectum in ea Provincia aliquamdiu egit: postea autem à *Swatibogo*, occisi Regis Filio, Moraviâ expulsus, in Bohœmiam circa Annum Christi 904. concessit, ubi ob egregias animi Dotes in magna æstimatione vixit. &c.

GE-

GENERATIO III.

BRASOMILUS I.

Comes Bilinensis, Zwislai I. Filius; Vir gravis eloquio, & inter Wladicas, sive Proceres Bohœmiæ præstantissimus; à *Boleslao* Duce, Cognom. Sævo (dum Magnatum Consilio, pro communi Patriæ Bono coram eo graviter peroraret) in publica Convocatione stricto mucrone injustè peremptus interijt, Anno Sal. 937. &c.

GENERATIO IV.

STAGIMIRUS II.

Comes Bilinensis, Brasomili I. Patris infelicis felix Filius, &, more suorum Majorum, Christianæ Religioni Heros addictissimus; reperitur, vixisse inter primarios *Boleslai*, Cognom. Pij, Bohœmiæ Ducis Consiliarios Anno Christi 973.

GENERATIO V.

SOWIEBORIUS I.

Comes Bilinensis, Stagimiri II. Filius, & *Udalrici* Bohœmiæ Ducis Curialis familiarissimus; à quo, cum aliquot alijs magni Nominis Proceribus, missus pro *Bozena*, Rustici cujusdam Filia, eam Principi suo Sponsam ad Thalamos adduxit Anno Sal. 1007. &c.

GENERATIO VI.

SLAWIEZIUS I.

Comes Bilinensis, Sowieborij Filius; Vir prudentiâ

dentiâ & ingenio pollens, magnæque apud *Bretislaum* Bohœmiæ Ducem Authoritatis, utpote à quo cum alijs Romam ad *Benedictum* IX. Sum. Pontificem splendidè ablegatus, Munere suo, ad solatium Principis, totiusque Patriæ emolumentum laudabiliter est perfunctus, Anno Christi 1039.

Habuit hic Slawiezius Tres Liberos : *Pruskoschium*, *Dragomilum* & *Haratkam* : Ex quibus

I. *Pruskoschius* I. Stemma Pruskowskyorum, uti paulò pôst videbitur, condidit.

II. *Dragomilus* Comes Bilinensis contra Hostes Patriæ Anno Sal. 1040. occubuit. Hujus Filius autem *Sowieborius* II. Stemma Comitum Bilinensium in Bohœmia quidem propagavit, sed quod fatali demum periodo terminatum, successu temporis penitùs exaruit. &c.

III. *Haratka* autem fuit Uxor *Brezoslai Wrschowskij*, quem cùm sæpiùs moneret, ne quicquam contra Principem Patriæ sinistri moliretur, abs eodem occisa fuisse traditur. &c.

GENERATIO VII.

PRUSKOSCHIUS I.

Comes Bilinensis, Slawiezij I. Filius, Heros Mavortius, & inter Wadicas Bohœmiæ omnium potentissimus, â nonnullis Gloriæ Æmulis (uti sæpius in magnorum Principum Aulis accidere solet) apud *Bretislaum* Ducem clandestinæ cum Hostibus amicitiæ falsò accusatus, ejusdem Principis severâ nimiùm ac inconsultâ sententiâ excæcatus, manibusque ac pedibus abscissis in Bielam flumen projectus, miserabiliter perijt Anno Christi 1041. Filij ei fuerunt Duo; Slawiezius II. & Zelislaus I. Ex quibus

I. Sla-

I. *Slawiezius* II. delatus in Poloniam, exſtitit Propagator Pruskovij Stemmatis ibidem. &c.

II. *Zelislaus* I. Cogn. *Belyna*, cum Slawiezio Fratre etiam in Poloniam transgreſſus, floruit temporibus *Boleslai Regis*, Cogn. Audacis, Anno Chri. 1064. habuitque Filium ſibi cognominem, de quo jam mentio facta eſt in antecedenti *Iſagoge*, quòd nimirum ob Virtutem Bellicam Avita Inſignia augmentaverit, & Bilinskyanam Proſapiam, quæ etiamnum ſupereſt in Regno Poloniæ, condiderit. &c.

GENERATIO VIII.

SLAWIEZIUS II.

Comes Bilinenſis, Pruskoſchij I. Filius; percepto Patris miſerabili interitu, Principis iram timens, cum magnis Theſauris clam in Poloniam profugit: ubi à Polonis, jam *Bilinsky*, jam *Pruskoſchky* in Patris memoriam, promiſcuè appellatus, ſucceſſu temporis Primarius apud jam dictum *Boleſlaum* Poloniæ Regem, Cognom: Audacem, Curialis exſtitit; cum quo demùm, ob nefariam *S. Staniſlai* Epiſcopi Cracovienſis patratam cædem, in Hungariam profectus, poſt mortem illius egregium Militiæ Ductorem ſub *Ladiſlao I.* Pannoniæ Rege contra Chunos & Ruthenos egit; ibidemq; novam Familiæ ſuæ Sedem circa Annum Sal: 1083. poſuit.

Filios fertur habuiſſe duos: *Sobieſlaum I.* Stemmatis Propagatorem, & *Januſsium I.* qui poſt Patris fata, dicitur in Sileſiam ſeceſſiſſe, & *Schyrowskyos*, *Debinskyos* ac *Zernowskyos* ibidem produxiſſe: quod an verum ſit, alijs judicandum permitto.

GE-

GENERATIO IX.

SOBIESLAUS I.

Cognomento Pruskoſchky, Pruskowsky, & Bruſchkowsky, Slawiezij II. Primogenitus; Heros militari quoq; diſciplinâ inclytus, utpote qui ob egregia facinora à *Colomanno* Rege diverſas Ditiones in Hungaria obtinuit. Verùm cùm poſtea à *Stephano II.* Rege ad paciſcendum cum hoſtibus, in Græciam miſſus fuiſſet, non procul Cliſsâ naufragium paſſus, cum omni ſuo comitatu indignè periit, circa Annum Chr: 1130. gravi ſenio confectus, unico poſt ſe relicto Filio Januſſio.

GENERATIO X.

JANUSSIUS II.

Pruskowsky, Sobieſlai I. Filius; ſtrenuus etiam ſub jam memorato *Stephano* II. Rege Militum Ductor; cui cùm adverſus Polonos militâſſet (magnum facinus auſus) *Dobrognam*, quam *Wladiſlaus* Frater, Ethnarcha Poloniæ, Cognomento Crivouſtus, unà cum duabus aliis ſororibus ſacro Virginum Clauſtro incluſerat, clam extraxit; cumq; nullibi locorum ſecurus eſſet, imprimis in Bulgariam, ac dein Byzantium in Thraciam, jam ſibi deſponſatam ſecum abduxit: ubi militaria ſtipendia ſub *Alexio Imperatore Comneno* meruiſſe legitur circa Annum Domini 1116. mortuus & ſepultus unà cum Uxore ibidem.

Eorum Liberi fuêre Tres: *Januſsius* III. *Alexius* I. & *Irna*, ſive *Irene*. Ex his

I. *Januſsius* III. gemellus cum Fratre *Alexio* Byzantij

I 2 natus,

natus, & in castris educatus; postquam adolevisset, militiam *Emmanuelis* Imp: Byzantini inter Primipilos secutus, cùm ejusdem copias sub dio lustraret, exortâ tempestate, cum nonnullis aliis cœlesti Fulmine ex improviso percussus, interiisse traditur. &c.

II. *Alexius* I. in Hungariam reversus, avitas aliquot Ditiones recepit, prout subsequenti Generatione videbitur.

III. *Irna*, sive *Irene*, Byzantij quoq; nata, &, ut Lasizkyus in Genealogia Pruskowskyana notatum reliquit, ab *Jrene Imperatrice* Constantinopolitana, Alexij Imperatoris Conjuge, ex Sacro Fonte suscepta, nupsit demùm *Joanni Protosebasto*, Sebastacratoris Principis Byzantini Filio, uti jam in præcedenti *Isagoge* demonstratum est.

GENERATIO XI.

ALEXIUS I.

Pruskowsky, Janussij II. Filius; impetratâ â *Geysa* II. Hungarorum Rege gratiâ, cum *Maria* Calojoannis Imp: Byzant. Nepte, quæ *Stephano Duci Pannoniæ*, jam memorati Regis Fratri, ad Thalamos ducebatur, in Hungariam profectus, ejusdem Regis beneficio aliquot Avi sui Ditiones in possessionem recepit, Familiamq; suam utcunq; denuò in pristinum splendorem restituit. Superstes adhuc Anno Chr. 1167.

Hujus Filius fuit *Janussius* IV.

GENERATIO XII.

JANUSSIUS IV.

Pruskowsky, Alexij I. Filius, Heros alioquin prudens, & bellicosus, magnæque in Patria æstimationis: verùm cùm postea partes *Stephani Hungariæ Ducis*, Affinis sui, (prout in Isagoge mentionem fecimus) adversus Regem suscepisset, unà cum eodem Principe, alijsque aliquot Magnatibus (in quorum censu fuêre, Lasla *Petrzwalsky*, & Michu *Geraldowsky*) Regnô Hungariæ expulsus; cum Tribus Filijs in Poloniam ad suos Consanguineos transijsse fertur, circa An. Sal. 1173.

Ex ejus Filijs

I. *Alexius* II. Vir Sago & Togâ insignis, ob egregia merita *Castellanus Sendomiriensis* constitutus, vixit in Polonia sub Regimine *Miezeslai* Principis, Cognom. Magni, Anno Christi 1201. &c. Hujus Filia, *Hancka* nomine, magnorum Bonorum Hæres unica, vixit in Connubio *Janussij Foporei*, Palatini Cracoviensis, de Nobilissima *Osselinskyorum* Familia, qui claruit Anno Sal. 1239.

II. *Stagimirus* III. Baronali Dignitate sublimatus; de quo sub Generatione, quæ sequetur.

III. *Bolcko* I. Præfectus Curialis *Lesci*, Cogn. *Albi*, Poloniæ Ducis, fertur captus fuisse â *Svantopluco* Pomeranorum Regulo, & tandem, ob non persolutum Lytron, extra Patriam supremum vitæ diem oppetijsse. Habuit autem Duos Filios: *Hanuschium*, sive *Janussium*, qui inter venandum â Nobili quodam fortuitô casu sagittâ ictus, juvenis hominem exuit: *Bobuslaus* autem, sub *Conrado* Masoviæ Duce adversus infideles Ruthenos militans, singulari indulto meruit quidem inter *Equites Teutonicos* in Livonia connumerari, sed qui (uti vetusta Scripta docent) resignatâ postmodum tali Dignitate, prædivitem Uxorem in Principatu Masoviensi duxit. Unde conjectura infalibilis est, *Pruskowskyos*, qui in

in Masovia (sicut sub *Isagoge Historica* jam retulimus) etiamnum superesse creduntur, ex tali Connubio *Lineam novam* ibidem auspicatos fuisse. &c.

GENERATIO XIII.

STAGIMIRUS III.

Pruskowsky, Janussij IV. secundogenitus; Vir opibus & authoritate perquam conspicuus; unde Primus ex sua Prosapia *Baronali Dignitate* sublimatus, vixit inter præcipuos Senatores ac Curiales *Wladislai* Ducis Gnesnensis in Polonia, qui vulgò *Pluvatz* cognominatus fuit. Uxor hujus Stagimiri reperitur fuisse *Rhetca* Nobilis quædam Prussa, sed cujus Cognomen defactò ignoratur. Fuit autem hic *Stagimirus* à nonnullis per abusum vocitatus *Stanimirus*, vixitque adhuc (prout ex Augusto *Invictißimi moderni Rom. Imp. LEOPOLDI* Diplomate colligitur) circa Annum Christi 1204. &c.

Filij ejus memorantur Duo:

I. *Vladislaus* I. qui fuit Copiarum Ductor sub *Primislao* Poloniæ Duce adversus Pomeranos; obijtque cœlebs, postquam die multumque contra *Janußium Topcreum* Affinem suum, de quo superiùs diximus, ratione Patrui sui Bonorum frustra litigâsset.

II. *Miesco* I. &c. de quo sub proxima Generatione.

GENERATIO XIV.

MIESCO I.

Pruskowsky, Liber Baro, & *Lesci*, Cognomento *Albi*, Poloniæ Ducis, post captivatum à *Svantopluco* Pomeranorum Regulo Patruum, Primarius Curiæ Ministerialis, sive Præfectus. Vir cùm in Aula, tum in Patria magni Nominis; utpote qui, post cruentam cædem, Principi suo per præfatum Svantoplucum Pomeranorum Regulum, nefariè illatam, à Proceribus Patriæ ad *Henricum Barbatum* Silesiæ Ducem, pro suscipienda Poloniæ Administratione missus, rem ex Procerum voto feliciter peregit, Primusq; ex sua Familia, quantum constat, (haud dubiè præmemorati Principis Vicariam Potestatem, aut sublime aliud Munus gerens) circa Annum Sal: 1228. in Silesia consedit: susceptis ex, nescitur quali Conjugio, Tribus Filijs; quorum

I. *Bedrzichus* Lineam Pruskowskyorum in Polonia, ex qua altera jn Misnia insurrexit (prout mox subjungemus) propagavit.

II. *Stanislaus* I. Lineam Silesiticam, ex qua moderni *Comites Proskovienses* prodiêre, condidit; de cujus Successione agetur sub Generatione XV.

III. *Zislaus*, sive *Zelislaus*, Tertiam eamq; novam Lineam, quam, absolutâ Polonicâ, ac Misnensi, juxta ordinem suo loco quoque prosequemur, produxit, &c. Pertexamus igitur imprimis Lineam *Pruskowskyorum* in Polonia ac Misnia.

BEDRZICHUS I. PRUSKOWSKY,

Liber Baro, Miesconis I. Filiorum natu maximus, ideoque Hæres paternorum Bonorum in Polonia post Patris discessum Anno Chr: 1228. relictus; Uxorem habuit N. ex præstantissima apud Polonos *Rawiczorum* Prosapia, quæ ipsi progenuit Duos Filios; *Uladislaum* II. & *Casimirum* I. Pruskovios. Quorum prior,

Uladislaus II. scilicet, *Liber Baro Pruskowskyus*, Miles imprimis, ac demùm Senator in Patria præstantissimus, gravi oneratus senio obijt, atque ex Uxore legitima, nomine *Karanka*, quæ ê vetustissimo *Janinorum*, aliàs *Ursinorum*, apud Polonos Stemmate Natales suos traxerat, unicum Filium, *Sulislaum*, hujus Nominis Primum, suscepit; qui cum *Primislao* Electo Poloniæ Rege, Anno Christi 1296. occisus fuisse traditur; ejusdem autem amplissimæ Ditiones â Marchionibus Brandenburgensibus in fiscum tractæ, eorum beneficio ad diversas postmodum manus pervenêre. Unde & Linea hæc Proskoviorum in Polonia fatali hac periodo omninò pessumivit.

CASIMIRUS I. PRUSKOWSKY,

Liber Baro, jamjam memorati *Uladislai* II. Frater germanus, qui cùm ex Patria digressus, Militiæ Strategum sub *Hendrico*, sive *Henrico*, Marchione Misnensi in Prussia ageret, ibidem contra Hostes forti manu dimicans, gloriosâ morte occubuit, Anno Christi 1237. Hujus Filius, cujus Matrem Vetusta Genealogia non nominat, fuit

HENRICUS I.

Germanorum more cognominatus Freyherr von Proßkaw / qui post Patris interitum in Aula Marchionum Misnensium educatus, nil aliud memorabile fecisse traditur, præterquam quòd unà cum alijs Nobilissimis Testibus, Litteris Fundatorijs Monasterij Weissenfeldensis, quod *Dietericus* Marchio Misniæ condiderat, subscripserit. Ejus Uxoris Nomen & genus etiam ignoratur; Genealogia autem vetus duos Liberos ipsi attribuit: *Guttam*, quæ elocata fuit Fridenricho, sive Friderico, de *Jettav*, Nobilissimæ in Misnia Prosapiæ Heroi. Filius autem Henrici Proskovij fuit

VRATISLAUS I.

Lib. Baro, qui habuit in Connubio *Amaliam* de *Salhausen*, ex qua Duo prodière Filij:

I. HENRICUS II.

Liber Baro, qui ex Francia redux, apud Helvetos non procul Basileâ in Rheno submersus, juvenis interijt, ibidem sepultus.

II. THEOBALDUS

autem, qui Germanicè Dieppholdt appellabatur, ultimusque suæ Lineæ in Misnia superstes vixit, ex *Gertrude*, Vetustissimæ *Minckwitzianæ* Prosapiæ Illustri Heroina, nonnisi unicam Filiam, Nomine *Elisabetham*, post se reliquit; quæ paternam Hæreditatem cuidam Nobili Dynastæ de *Bünau*, cujus nomen in vetusta Genesi non ponitur, ceu Marito suo in dotem attulit.

Cùm igitur Pruskoviorum Lineas in Polonia & Misnia absolverimus; placet nunc, antequam ad Silesiticam, utpote etiamnum superstitem digrediamur, Tertiam etiam, quæ aliquando in Regno Bohæmiæ splendidè floruit, juxta ordinem recensere. Hujus Primus Conditor, de quo jam superiùs mentionem fecimus, fuit

ZISLAUS,

sive Zelislaus, Liber Baro de *Pruskau*, Miesconis I. Liberi B: Pruskovij natu minimus Filius, qui, meliore paternâ Hæreditate inter Fratres natu majores divisâ, favorabilioris Fortunæ auspicium, sive Bello, seu quocunque alio honesto modo extra Penates quæsiturus,

siturus, in Bohœmiam secessit; cumque Juvenis esset moribus atque formâ elegantissimus, amica Sors ipsi non Martem, sed Venerem in prœmium obtulit: lectissimam scilicet ac ditissimam ex Celeberrima *Plichtarum Zierotiniorum* Stirpe progenitam Conjugem *Swatkam*, quæ ipsum Patrem fecit Georgij I. & Benessij I. Quorum

I. GEORGIUS I. primogenitus, legitur confossus fuisse juvenis ab *Hermanno* Cygnæo, sive Schwanbergio, in monomachia: sepultus Pragæ in Ecclesia D. Petri Anno Christi 1240. juxta Tenorem Epitaphij. &c.

II. BENESSIUS I. Pruskowsky, omisso Baronali Titulo, Dynastam in *Biela* se scripsit, vixitque adhuc in Bohœmia Anno Sal. 1286. *Wenceslao* Regi Cognom. Seniori, apprimè charus. Uxor ejus perhibetur fuisse *Judith Com. Guttensteinia*, ex qua natus fuit

BENESSIUS II.

Pruskowsky; qui cum quamplurimis Illustribus Viris persplendido comitatu *Wenceslaum*, modò dictum *Bohœmiæ Regem*, in Poloniam secutus, Gnesinæ interfuit ejus solennissimæ Coronationi Anno Domini 1300. Cæteroquin nil aliud constat de illo, ignoraturque de facto, qualem Conjugem in Thoro habuerit: Filius autem ejus, juxta Testimonium Genealogiæ fuit

HINECK,

sive *Hincko*, Pruskowsky; qui reperitur vixisse inter sublimiores Aulæ Proceres ac Consiliarios *Joannis Lucemburgensis*, ad quem, extinctâ Veterum Regum masculâ Progenie, uxorio jure Corona Regni Bohœmiæ Anno Sal. 1311. devoluta fuit. Habuit autem præfatus

fatus Hincko Conjugem, *Liskam* (forsitan *Elisabetham*) Baronissam *Schwanbergicam*, quæ ipsi geminam peperit Prolem:

Jutham videlicet, quæ opulentâ cum Dote in matrimonium elocata fuit Magnifico ac Generoso *Matthiæ Stossoni* de *Kaunicz* in Moravia, qui vixit adhuc Anno Christi 1359.

ZDENCKO I.

Pruskowsky autem, jam dicti Hinckonis Filius; reperitur, cum innumera Bohœmæ Nobilitatis multitudine, cecidisse in Gallia sub militaribus Signis *Joannis* (de quo paulò ante mentio facta est) *Bohœmiæ Regis*, Anno Sal. 1346. Thalami Consortem hic Zdencko habuit *Ludomillam*, ex Nobilissima *Ruppaviorum* Prosapia, quam agnovit Matrem

ZDENCKO II.

Pruskowsky, Heros ad summa quidem natus; sed qui juvenis Romæ immaturo fato sublatus vivere desijt, postquam unà cum multis aliis à *Carolo IV. Rom. Imp. Bohœmiæq; Rege*, ibidem in Tybridis ponte Anno Chr. 1355. *Equestri Dignitate* exornatus fuisset. Quo itaque præter spem, cœlibe defuncto, omnia Pruskowskyorum Bona, quæ in Bohœmia possederant, ad Stossones de Kaunicz, ratione superiùs memoratæ *Juthæ*, natæ de Pruskaw, jure Hæreditatis pervenêre.

Hic itaq; imposuimus etiam coronidem Lineæ Pruskowskyorum Dynastarum in Bohœmia; quapropter nunc ad Descriptionem Silesiticæ ac Moravicæ calamum convertimus; Stemmatologiam Nobilissimæ ejusce Gentis ad hæc nostra tempora de Generatione in Generationem ultrò repræsentaturi.

 GE-

GENERATIO XV.

STANISLAUS I.

Liber Baro Pruskowsky, Miesconis I. de quo sub Generatione XIV. egimus, Filius secundogenitus; â quo supremâ voluntate Hæres Ditionum in Silesia scriptus, ibidem *Arcem Pruskaw* de suo Cognomine construxit: unde Posteri ejus, ommisso *Baronali Titulo*, *Dynastas* & *Hæredes* in *Pruskaw* circa Añum Chr. 1250. sese scribere & nuncupare occæperunt.

Quam Uxorem hic Stanislaus habuerit, nondum constat, Filius autem ejus reperitur fuisse *Stagimirus* IV.

GENERATIO XVI.

STAGIMIRUS IV.

Pruskowsky, Primus *Dynasta* & *Hæres in Pruskaw*, Stanislai I. Filius, qui unà cum Filio ac Pronepote suo (prout jam sub Generat: XIII. allegavimus) etiam *Stanimirus* per abusum appellatus fuit, egitque imprimis Militem; postea autem Supremus Judiciorum Moderator in Ducatu Oppoliensi constitutus, vixit ibidem Anno Sal. 1308. &c.

Uxor ejus fuit *Hadwiga Wirbnæa*, Gendrici Comitis Senioris Filia, & Gendrici, sive Henrici Junioris, Episcopi Vratislaviensis soror germana, quæ peperit IV. Liberos, ex quibus

I. Stagimirus V. fuit Stemmatis Propagator. &c.

II. Beldus I. qui Año Chr. 1310. temporibus *Boleslai* I. Inclyti Ducis Oppoliensis vixit, progenuitque *Beldum* II. cui *Boleslaus* II. Dux jus Aurifodinæ An: Chr. 1336. concessisse legitur. Hic habuit Filium Nomine *Mersanum* I. qui claruit Anno Dom: 1360. sub Regimine *Bolconis*, sive Boleslai, Ducis; Filius ejus erat etiam *Mersanus* Pruskowsky, hujus Nominis Secundus; quem nonnulli, sed erroneè, Stemma Pruskowskyorum propagâsse autumant; obijt enim, juxta Testimonium *Lasizkij*, sine prolibus.

III. *Stanislaus* II. reperitur vixisse in *Ordine Equitum Rhodiensium*; sed qui, dum ex Terra Sancta, quò Devotionis causa se contulerat, redux in itinere comprehensus fuisset, inopinato morbo oppressus, Damasci in Syria Anno Christi 1321. è vivis excessit, ibidemque sepulturæ mandatus fuit, ætatis Anno 32.

IV. *Hadwig* elocata fuit *Conrado Nostizio*, Supremo Curiali Conradi Ducis Stinaviensis in Silesia, ex qua natus fuit Otho Nostizius, qui Prosapiam suam per Posteros in multifarias Lineas produxit. &c.

GENERATIO XVII.

STAGIMIRUS V.

Pruskowsky, Dynasta & Hæres in Pruskaw; Stagimiri IV. Filius; Vir Magnificus, Liberalis, & splendidus, vixit in Silesia Anno Christi 1311. quo sibi sociaverat in Conjugem, *Sophiam* Joannis de *Biberstein*, Bellicosissimi Herois Filiam; quorum Nuptijs (uti ex antiquis Annotationibus constat) *Tres Silesiæ Duces* cum

Uxoribus suis Ratiboriæ interfuerunt; nempe *Boleslaus* Oppoliensis, *Jacobus* Ratiboriensis, & *Casimirus* Teschinensis. &c. Ex quo Connubio prodiêre Duo Filij: scilicet

I. *Conradus* I. qui Stemma avitum produxit. &c.

II. *Casparus* I. qui ex *Cunegunde Maltzania* unicum Filium *Joannem* I. procreavit, qui ob gibbum, quem habebat, vulgò appellatus fuit der Rucken-Hänßle. &c.

GENERATIO XVIII.

CONRADUS I.

Pruskowsky, Dynasta & Hæres in Pruskaw; Stagimiri V. Filius; reperitur, morte repentinâ Anno Christi 1339. obijsse in Polonia, ubi Legati Munere pro *Wladislao* Oppoliensi Duce, qui in Regem Poloniæ electus erat, fungebatur; non sine propinati veneni suspicione. Uxor ejus fuit *Euphemia*, ex Nobilissima *Promnitziorum* Prosapia, Mater *Stagimiri* VI.

GENERATIO XIX.

STAGIMIRUS VI.

Pruskowsky, Dynasta & Hæres in Pruskaw, Conradi I. Filius, vixit in Patria circa Annum Sal. 1340. &c. habuitq; Conjugem *Elisabetham*, Magnifici ac Generosi Joannis *Petrzwalsky* de Peterzwaldt, qui â *Carolo IV. Rom: Imperatore*, *Bohæmiæq; Rege*, unà cum Principe suo *Henrico*, Cogn: Ferreo, Duce Silesiæ, *Romæ Equestri Balthæo* decoratus fuit, lectissimam Filiam; quæ ipsi duos progenuit Filios:

I. *Geor-*

I. *Georgium* II. Stemmatis Propagatorem. &c.

II. *Adamum* I. qui vixit valde senex Anno Chr. 1434. sub *Bolcone*, sive *Boleslao*, Duce Oppoliensi, suscepitque ex *Veronica Syrakovskya* geminos Filios: *Othonem* I. qui claruit sub *Bernardo* Oppoliensi Duce Anno Dom: 1416. ac demum etiam Anno 1436. dum idem Princeps Gloggoviæ Ducatum cum Falckenbergio possidebat. *Genricum* I. *Joannis* Oppoliensis Ducis primarium Consiliarium, cujus partes cùm adversus *Matthiam Corvinum* Hungarorum Regem, pertinaciter tutatus fuisset, jacturam omnium Bonorum subijt, decessitque in magna rerum inopia. Hujus Filius porrò *Casparus* II. nescitur ex qua Uxore progenitus, fuit *Nicolai*, ultimi Oppoliensis Ducis, qui Nissæ in publico foro 27. Junij Anno Sal: 1496. decollatus erat, Supremus Curiæ Præfectus; cui etiam Gladius, quo præfatus Dux perierat, ad requisitionem factam pro Dono obvenerat; qui, quantum percepi, etiamnum apud Pruskoviam Prosapiam velut rarum aliquot Cimelion asservatur. Susceperat autem jam memoratus *Casparus* Pruskovius ex *Anna Zastrzilæa* unicum Filium, *Christophorum* I. nomine; qui legitur, ab *Hieronymo Sirakowskyo* juvenis in Duello occisus, & Nissæ Feriâ primâ post Festum S. Jacobi An: Chr: 1530. sepultus fuisse.

GENERATIO XX.

GEORGIUS II.

Pruskowsky, Dynasta & Hæres in Pruskaw, Stagimiri VI. Filius, claruit Anno Chr: 1393. sub Re-

gimine *Bernardi* Ducis Oppolienſis, cujus nomine Capitaneum in Falckenberg egiſſe legitur.

In ejus Connubio fuit *Lencka* (forſitan *Helena*) Wilhelmi de *Czernehorâ* Filia: Mater *Jacobi* I. *Bernardi* I. & *Joannis* II.

Ex quibus

I. *Jacobus* I. habuit in Connubio *Annam* Martini de *Meſeritz* Filiam, ſed quæ ſine Liberis deceſſit.

II. *Bernardus* I. â Bernardo Oppolienſi Duce ex ſacro Baptiſmatis Fonte ſuſceptus, obijt cælebs in Dania.

III. *Joannes* II. omnium minimus Filius, Avitum Stemma produxit.

GENERATIO XXI.

JOANNES II.

Pruskowsky, Dynaſta & Hæres in Pruskaw, Georgij II. Filius. Fuit hic aliquamdiu Adminiſtrator *Henrici* Ducis Gloggovienſis, Cognomento *Rapoldi*: cumque Gloggoviæ reſideret, Domus ejus, cum quamplurimis alijs, ex improviſo incendio Anno Domini 1430. funditus conflagravit. Unde magnum damnum ob combuſta Familiæ Scripta Pruskowskijs illatum fuit.

Suſcepit ex *Catharina Maltizia* Quatuor Liberos: *Henricum* III. *Barbaram*; *Adamum* II. & *Joannem* III. quorum

I. *Henricus* III. Ductor Militiæ ſub *Boleslao* & *Bernardo* Ducibus Oppolienſibus contra Polonos, vixit adhuc Anno Chriſti 1450. habuitque Filium *Udalricum*, ſed qui Juvenis Patrem morte prævertit, ſepultus in Strelze.

II. *Bar-*

II. *Barbara*, fuit elocata cuidam ex Nobiliſſima Familia de *Seidlitz*: cujus Nomen defacto ignoratur.

III. *Adamus* II. Proſapiam produxit. &c.

IV. *Joannes* III. claruit ſub *Joanne* & *Nicolao* Ducibus Oppolienſibus, Anno Chriſti 1480. De quo præterea nihil.

GENERATIO XXII.

ADAMUS II.

Pruskowsky, Dynaſta & Hæres in Pruskaw, Joannis II. Filius; vixit in Patria Anno Chriſti 1450. deceſſitque 1498. gravi admodum ſenio oneratus. Sub hoc Arx Pruskovienſis, ut & aliæ quammultæ per Sileſiam, â Tartaris combuſta, in cineres abijt, unde iterum quamplurima Familiæ Litteraria Inſtrumenta Vulcano ceſſerunt.

Uxor ei erat *Anna*, ex Nobiliſſima & Antiquiſſima *Opperſtorffiorum* Proſapia, Joannis Filia; Mater Trium Liberorum facta:

I. *Eliſabethæ*, quæ *Nicolao Czehowio* de *Hradeck* elocata, progenuit Leonardum & Wenceslaum de Hradeck, mortua Anno Sal. 1521.

II. *Joannis* IV. Stemmatis Propagatoris. &c.

III. *Annæ*, cujus Maritus fuit *Joannes Scheliha* de Rzuchow: ex quibus prodijt Petrus Scheliha, Proſapiæ ſuæ Propagator, &c.

GENERATIO XXIII.

JOANNES IV.

Pruskowsky, Dynaſta & Hæres in Pruskaw,

N Ada-

Adami II. Filius; & Inclyti Oppoliensis Ducatûs Cancellarius; claruit ibidem Anno Dom: 1508. mortuus 1510. Uxor ejus prima fuit *Anna Stoßia de Kaunicz*, Mater Quatuor Liberorum; secunda verò fuit *Barbara*, Wenceslai *Podtßtasky*, de Prustinovitz, & *Catharinæ Zierotinianæ* Filia; quæ nullam ipsi Prolem procreavit.

Prioris Liberi fuêre:

I. *Georgius* III. Pruskowsky, qui unius Militum Phalangis Ductor sub *Ferdinando I. Romanorum, Hungariæ, Bohœmiæq. Rege*, contra Turcas ad Esseckum in Hungaria gloriosâ morte occubuit, 10. Octobris Anno Chr: 1587.

II. *Barbara*, quæ elocata fuit *Joanni* Libero Baroni de *Kunowitz. &c.*

III. *Joannes* V. qui Aviti Generis Stem̃a produxit. &c.

IV. *Elisabetha*, quam Tori Consortem habuit *Woytichius Drnovsky* de Drnowitz, Anno Chr: 1522. superstes.

GENERATIO XXIV.

JOANNES V.

Pruskowsky, Dynasta & Hæres in Pruskau, *Ferdinandi I. Romanor: Hungariæ, Bohœmiæq. Regis* Consiliarius. &c. obijt Anno Chr: 1538.

Uxores ei fuêre Duæ: Prima, *Anna* ex Nobilissima *Miechoviorum* Prosapia: Secunda *Hedwig* ex Nobilissima pariter *Zettriziorum* de *Kinsperg* Familia, quæ decessit 28. Julij Anno Sal. 1545. sepulta Oppoliæ in Monasterio Minorum.

Ex priore suscepit *Valentinum* I. & *Joannem* VI. Fratres germanos; quorum

Valen-

Valentinus I. fuit Sacræ Cæs. Regiæq; Majest: Consiliarius, & Supremus Superioris Gloggoviæ Capitaneus, obijtque 20. Decembr: Anno Domini 1557. procreatis ex *Cunegunda Zettricia de Kinsperg* VIII. utriusque sexûs Liberis, de quibus inferiùs.

Joannes VI. superstes post fratrem, Cæsareus Pocillator, & Capitaneus in Trenzin, fuit unà cum Patruelibus *Baronali Dignitate* exornatus, decessitque cælebs in Transborina Elgota 22. Septemb: Año Dom: 1564. Oppoliæ inhumatus.

Liberi *Valentini* I. fuêre sequentes:

I. *Ioannes* Liber Baro Pruskovius in Semnitz; Sacræ Cæs. Regiæq; Majestatis Consiliarius, & Supremus Oppoliæ ac Ratiboriæ Capitaneus, qui vitam exuit 17. Octobr: Anno Chr: 1590. Ætatis verò 61. sine Uxore ac Liberis.

II. *Valentinus* II. Cognom: Junior, Cæsareus Dapifer, &c. obijt Nissæ cœlebs, morbo Disenteriæ sublatus, 15. Augusti, Anno Dom. 1558. sepultus ibidem in Parochiali Ecclesia.

III. *Casparus* III. Liber Baro Pruskovius. &c. Heros sagax, prudens, & de *Augustißima Austriaca Domo* benemeritus; utpote qui â *Maximiliano* II. Rom. Imperatore, &c. ad *Fridericum Comitem Palatinum Rheni, Ducem Bavariæ*, 9. Febr. Año Dom. 1566. Commissarius in arduis negotijs; Año autem 1570. Die septimâ Augusti ad *Serenißimam Reginam Annam* in Hispanias cum pretiosissimis Muneribus amandatus fuit. Reperitur etiam comitatus fuisse ut Cæsareus Cubicularius *Elisabetham*, jam memorati *Maximil. Imp.* Filiam in Galliam, quæ *Carolo* IX. Franciæ Regi Anno Dom. 1571. ad Thalamos ducta fuit. Exinde per Angliam reversus, *Rudolphi* II.

Imp.

Imp. jussu binas Legationes, unam apud *Electorem* & *Ducem Saxoniæ*, alteram apud *Marchionem* ac *Electorem Brandenburgicum* laudabiliter peregit. Reliquum autem vitæ in Aula Serenissimi *Archiducis Ernesti*, ut Consiliarius Intimus, & Supremus Stabuli Præfectus, consumpsit. Conthoralis ejus erat Barbara Lib. B. de *Revay*, *&c.* Hungara, sed quæ sine prolibus obijt: Unde omnia *Caspari* Bona ac Dominia jure Hæreditario devoluta sunt ad *Georgium* IV. Pruskovium.

IV. *Barbara*, Valentini I. Filiarum natu maxima, fuit elocata *Bernardo Derska* à Mersdorff. &c.

V. *Martha* vixit in Thoro *Joannis Dluhomil* de Berowa. Mortua Anno Chr. 1571.

VI. *Eva*, fuit Maritum nacta *Joannem Strzala* ab Obrowitz & Kalinow. &c.

VII. *Cunegundis*, fuit copulata *Joanni Geraltowsky* de Geraltowitz & Czudow. &c.

VIII. *Anna*, Valentini Liberorum ultima, habuit in Connubio *Valentinum Dubrauka*. *&c.*

Ex Posteriore Conjuge suscepit *Joannes* V. *Pruskovius* hasce Proles:

I. *Lucam* I. qui sub Signis *Caroli* V. Rom: Imp: Hispaniarumq; Regis Equitum Magister, ad Segusium confligens, à Gallis missili globo trajectus, occubuit 28. Septembr. Anno Dom. 1536. Sepultus in agro penes Civitatem Antibo.

II. *Jacobum* II. qui, postquam diversimode contra Turcas in Hungaria strenuè dimicâsset, Pragæ in Nuptijs *Joachimi Schlikij* Com: de Passaun, &c. à quodam Nobili Hispano hastâ in Ludis Circensibus lethaliter sauciatus, obijt Anno Dom: 1544. ætatis verò 30.

III. *Georgium* IV. qui Stemma propagavit; uti paulò pòst videbitur.

IV. *Petrum* I. juvenem præclaræ Indolis, qui Viennæ à facinorosis quibusdam in Platea, cognominata Wallerstrassen, ipso SS. App. Petri & Pauli festo die Anno Chr. 1542. unà cum Famulo iniquè occisus interijt. Sepultus ibidem ad S. Michaël.

V. *Henricum* IV. qui in Hungaria Milites ductans sub *Electore Brandenburgico*, Anno Chr 1542. Die Octob. 12. ad Pestum à Turcis graviter vulneratus, quarto pòst die Gomoræ expiravit, ibidemque non sine ingenti Commilitonum luctu tumulatus fuit.

VI. *Vincentium* I. qui ipso Die ac Anno, quo in lucem editus erat, post susceptum Baptismum decessit.

VII. *Hedwigen*, quæ vixit in Connubio *Alberti Larisch* de Lgota. &c.

VIII. *Claram*, quæ fuit in Matrimonium data *Ioachimo Buchta* in Othmuth. &c.

IX. *Magdalenam*, quæ infantula expiravit.

GENERATIO XXV.

GEORGIUS IV.

Liber Baro de Pruskau, Dynasta in Pruskau, Altenburg, Biela, Chrzelicz, Bisentz, &c. Heros ingenij sagacitate, Consiliorum rectitudine, & Judiciorum dexteritate omnibus Prædecessoribus suis meritò anteponendus; quippe qui non modò sub Tribus Gloriosissimis Imperatoribus, *Ferd:* I. *Maximiliano* II. & *Rudolpho* etiam II. ob egregias animi Dotes maximæ æstimationis, verùm etiam à *Summis S. Sedis Apostol. Pontificibus* (prout circa finem inter Cæsarea, Regiaq; Diplomata

plomata videbitur) apprimè dilectus, & ob singulare Catholicæ Religionis Zelum, insolitis Gratiis ac Indultis honorificentissimè præmiatus fuit. In juventute Militiam secutus, meruit inter *Equites Melitenses S. Ioan. Hierosolymitani*, assignatis ipsi desuper Viennensi & Grabnicensi Commendis, annumerari. Postmodum autem Aulicis *Cæsarum Austriacorum Negotijs* sese sacrans, diversas gravissimasq;, eorum Nomine ac jussu, apud quamplurimos *Sacri Rom. Imperij Electores* ac *Principes* Legationes tanta cum laude & felicitate obivit, ut eum præmemoratus Augustissimus Rom: Imp. *Rudolphus* II. *Arcanorum Consiliorum Arbitrum*, & Sacri Cubiculi sui *Supremum Præfectum* constituerit. Quo in Munere cùm omnes fidi Ministri partes gnaviter ac prudenter perageret, suæ verò Prosapiæ Posteritatem ex Patruelibus suis nullam omnino sperari posse animadverteret, persuasus â Cæsare, alijsque Primarijs Aulicis, *Ordini Melitensi* renunciavit; assumptoque ex Pontificia Dispensatione *Ordine S. Iacobi in Hispanijs*, ejusdem S. Sedis speciali Indulto ac Gratiâ, sic urgente ac promovente Cæsare, utramque *Commendam*, Viennensem & Grabnicensem (nunquam aliàs audito exemplo) usque ad mortem fruendas obtinuit. Exinde, ut propagandæ Nobilissimi sui Stemmatis Posteritati consuleret, elegit sibi in Consortem, *Ursulam* de *Lobkowitz*; Joannis Christophori Lib. Bar. de Lobkowitz, in Bilina, Kost, & Beschkowitz, ejusdemque Conjugis Annæ de *Biberstein* Filiam. Nuptiæ fuerunt solenni apparatu celebratæ Pragæ in ædibus D. *Wilhelmi* de *Rosenberg*, 4. Februar. Anno Christi 1568. Ex quo Connubio, postquam hic Virtute imcomparabilis, nullique prudentiâ ac rerum gerundarum peritiâ postponendus Heros, septem utriusque Sexûs Proles suscepisset, seque

que in omnibus & per omnia fidissimum ac indefessum *Augustissimæ Austriacæ Domûs* Ministrum luculenter comprobâsset, tandem Pragæ non sine ingenti Cæsaris totiusque Aulæ mœrore, 23. Febr. Anno Dom: 1584. piè in Christo obdormivit. Corpus ejus inde in Silesiam deductum, in Pruskau sepulturæ mandatum fuit.

Ejus Liberi fuêre:

I. *Ioan Christophorus* I. qui Stemma propagavit. &c.
II. *Anna*, Nata 22. Octob. Anno Dom. 1570. obijt in Chrzelicz 16. Octob. anno insequenti.
III. *Adamus Felix*, Natus 27. Novemb. Anno Chr. 1571. decessit juvenculus, 20. Die Maij. Anno 1573.
IV. *Udalricus Desiderius* Natus 7. Febr. Anno Sal. 1573. Obijt immaturo Fato sublatus.
V. *Hedwig*, Nata 26. Augusti Anno Dom. 1574. expiravit pariter juvencula Beschkowitzij in Bohœmia 24. Aug. 1576.
VI. *Ursula*, Nata 15. Maij Anno Sal. 1576. etiam immaturo prærepta Fato obijt.
VII. *Barbara*, Nata 3. Septemb. Anno 1578. non minùs ut aliæ Sorores juvencula ê vivis cessit, 12. Martij Anno 1580.

GENERATIO XXVI.

JOAN. CHRISTOPHORUS I.

Liber Baro de Proskau, Dynasta in Proskau, Biela, Chrzelicz, Semnitz, Grätz, Bisentz, &c. Sac. Cæs. Regiæque Majestatis Consiliarius, Camerarius, & Majoris Gloggoviæ, Oppoliæ, ac Ratiboriæ Supremus Capitaneus; nec non *Serenißimi Archiducis Caroli* Supr: Ord. Teut. Magistri atque Episcopi Uratislaviensis,

ensis, &c. Cubicularius & Consiliarius Intimus, &c. Heros, Virtute, prudentiâ ac ingenii sagacitate Patri per omnia comparandus: Humanus præterea, eloquens ac ore affabilis; quem *Rudolphus* II. piis: Record. Romanorum Imperator, &c. cum splendido apparatu ad *Sigismundum* III. Poloniæ Regem in gravissimis negotiis Anno Chr. 1603. Legatum destinavit: ac postea *Ferdinandus* atiam Secundus, *Cæsar Augustus*, tempore Bohœmicorum disturbiorum, tantam æstimationem de ipso fecit, ut ei inter alios etiam in Commissis dederit, jam lapsos in perfidiam aliquot Silesiticorum Statuum animos, singulari suâ prudentiâ ac affabilitate ad debitam fidelitatem, cum interminatione Cæsareæ Gratiæ, aut Pœnæ, omni possibili modo rursus revocare; quod Mandatum etiam summo animi fervore ac Zelo viriliter ac laudabiliter adimplevit. Nihil hîc dico, quantis insolitæ Benevolentiæ, ac inconsueti Honoris demonstrationibus supramemoratus *Archidux Carolus* eum prosecutus fuerit; nec facilè crederem, nî meismet oculis vidissem, manibusq; tractâssem, propriâ ejusdem Principis dextrâ exaratos, annularique sigillo obseratos aliquot Codicillos, in quibus illum, *Dilectum Dom. Patrem* nominare in hunc modum dignatus fuit: **Lieber Herr Vatter / thue euch hiemit zu wissen / daß ich gewiß entschlossen / etc.**

Ex quibus omnibus porrò luce meridianâ clarius patet, quòd ejuscemodi insoliti tam sublimium Gratiarum ac Favorum Fontes, non nisi ob singularem animi ejus prudentiam, subtilem Consiliorum profunditatem, exactam Judiciorum rectitudinem, illæsamque devotissimorum obsequiorum Fidelitatem, à tam Magnis Principibus in eum promanare debuerint. Taceo præterea hîc, (ne tenuem Panegyricum tam Excelso Heroi formare videar) quibus, quantisque etiam Honoribus ac Gratiis alii quoque Reges ac Magni Principes eum sæpe sæpius prosecuti fuerint; quæ omnia etiam ex illorum Codicillis, quos ego pene inumeros summâ cum admiratione legendo pervolui, in Pruskoviæ Gentis secretiori Archivo colligi, ac reperiri possunt.

Habuit autem Eximius, ac de *Augustißima Austriaca Domo* optimè meritus iste Heros (qui 19. Septemb. An. Chr. 1625. ex piè hac vita migravit) in Thalami consortio *Cunegundem*, ex Illustrissima Vetustissimorum Comitum de *Guttenstein* Prosapia: quæ ipsi enixa est V. sequentes Liberos:

I. *Georg. Christophorum* I. qui Stemma propagavit. &c.

II. *Barbarum*, quæ primò *desponsata fuit Wenceslao Merkowsky* Lib. Bar. de *Zastrzill*. &c. Deinde autem Joanni Lib. Bar. *Breüner*; Sacræ Cæs. Maj. Camerario, Consiliario, & Bellico Colonello. &c.

III. *Magdalenā*, quæ vixit in Conubio *Franc*. L. B. de *Ratap* &c. Episcopatûs Nissensis Capitanei, nec non *Caroli Archiducis* Austriæ, &c. Consiliarij, ac Cubicularij.

IV. *Cunegundem*, quæ Maritum nacta fuit *Balthasarem* Lib. Bar. de *Zierotin*, &c. ex vetustissimis Russiæ Ducibus progenitum Heroem.

V. *Mariā Catharinā*, quæ in primis Votis habuit *Tobiā* Lib. Bar. de *Haugwitz*, &c. Sac. Cæs. Maj. Cubicularium, & Consilij Imperio-Aulici Vice Præsidem: in secundis verò *Franciscum Christophorum* Comitem *Histerle*, &c. Sacræ Cæs. Maj. etiam Cubicularium, ejusdemque Argentariæ Supremum Præfectum.

GENERATIO XXVII.

GEORG. CHRISTOPH. I.

Liber Baro de Proskau, Dynasta in Proskau,

Chrzelicz, Zültz, Grätz, Bisentz, &c. Sacræ Cæs. Regiæque Majest. Consiliarius & Cubicularius, &c. qui, si vita longior suppeditâsset, haud dubiè præclara Patris ac Avi Vestigia laudabiliter secutus fuisset, omniaque ardua pro *Augustissima Austriaca Domo* cum sempiterna Nominis sui gloria lubens volensque exantlâsset: Verùm immaturo utcunque Fato è vivis ereptus, ad æternos transivit Honores Anno Chr. 1633.

Vixit in ejus Connubio *Anna Juliana de Kochtitz*, Filia Nicolai Lib. Bar. de Kochtitz & Lublintz, qui fuit Sac. Cæs. Maj. & *Caroli Archiducis* Consiliarius, Camerarius, atque Episcopatûs Nissensis Supremus Capitaneus, Dynastaque Hæreditarius in Vy est, & Kaltwasser, &c. Cujus Majores, (ceu ex Privilegio *Alberti Oppoliensis ac Streliczensis Ducis* constat) jam Anno Christi 1307. inter nobiliores Silesiæ Proceres connumerati, diversa ibidem Dominia possederunt.

Procreavit autem prædicta *D. Anna Juliana Georgio Christophoro Proskovio* (post cujus immaturum Fatum bis renupserat: primò *Leoni Cropellio* de Medicis, ex Domo *Magnorum Hetruriæ Ducum* Medicæa: secundò *Joachimo de Mitzlaw*, Colonello Brandenburgico) Quaternionem Liberorum;

Quorum

I. *Carolus Christophorus* I. decessit in minorennitate.

II. *Anna Maria*, elocata *Carolo Joachimo* Comiti *à Môttich*, Lib. Bar. in Tetschau, &c.

III. *Joannes Christophorus* II. Lib. Bar. de Proskau, &c. Duorum Gloriosissimorum Cæsarum, *Ferdinandi* III. piiss. mem. & moderni *Augustissimi Leopoldi* I. Camerarius, ac Bellicus Chiliarcha, sive Colonellus, &c. militavit imprimis pro *Augustissima Austriaca Domo* apud Insubres in Statu Mediolanensi, ac demum etiam in Polonia & Hungaria: procul dubio ad Majores Honores ac Munia successu temporis progressurus, nî etiam præpropera Mors ei viam in medio Gloriæ cursu præclusisset, &c. Habuit quidem maritatis Tori Consortem *Lambertam Mariam* Comitissam de *Fernemont*; cujus Parens fuit Supremus Gloggoviæ Capitaneus, &c. sed quæ nonnisi geminam Prolem infantili ætate extinctam ipsi procreârat.

IV. *Georgius Christophorus* II. &c. Stemma Avitum optatissimâ Prolium Serie, ceu hîc inferiùs ostendetur, felicissimè propagavit.

GENERATIO XXVIII.

GEORG. CHRISTOPHORUS II.

Liber Baro de Proskau, &c. à teneris annis gloriosa Laudatissimorum Prædecessorum Vestigia sequi ratus; absolutis Uratislaviæ in Silesia Philosophicis studiis, Lovanii in Belgio Collegium Juridicum frequentavit: postmodum autem varias hinc inde alias Provincias non sine fructu peragrando, præter exoticas Linguas, diversa etiam alia Exercitia, quæ Nobilem ac Generosum animum decent, laudabiliter perdidicit. Quâ peregrinatione feliciter exantlatâ, in Patriam reversus, mox *Augustæ Cæsareæ Aulæ*, velut egregius *Avorum Zelotes*, sese consecravit. Quapropter vix Aulam ingressus, apud *Ferd.* IV. piiss. mem. *Romanorum*, *Hungariæ*, *Bohœmiæq́ Regem* Cubicularium cum Aurea Clavi egit: quô demum, præter omnium opinionem, immaturâ Morte è vivis erepto, eodem quoque Cubicularii Honore apud *Ferd. III. Cæs. August.* persun-

perfunctus fuit. Cumque deinceps per multos annos Cæsaream Aulam *in Hungariam*, *Bohœmiam*, *Rom. Imperium*, *Styriam & Austriam* inter alios sublimes Cubicularios sequeretur, interfuit etiam magno cum splendore propriisque sumptibus, non solùm Tribus moderni nostri *Invictissimi Imperatoris LEOPOLDI* soleñissimis *Coronationibus*, verùm etiam totidem ejusdem Majestatis *Augustissimis Sponsalitiis*.

Unde ob tam assiduam fidelissimorum obsequiorum promptitudinem, promeruit imprimis à jam memorato *Augustissimo Imp. LEOPOLDO* in *Excelsum Sacri Rom. Imp. Comitum Statum*, velut *Redivivus Inclytæ Bilino-Proskoviæ Gentis Phœnix*, evehi; deinceps verò ob singularem animi prudentiam ingeniique dexteritatem in *Supremum Aulæ Marescallum* apud *Eleonoram, Viduam Poloniæ Reginam*, cum plenario Directorio, institui; tandemque (post resignatum spontaneâ voluntate tale Officium) inter *gravissimos Intimi Cæsarei Consilij Arbitros* sublimiter cooptari.

Non est, cur mentionem hîc faciam de egregijs animi ejus Dotibus, deque eximio ejus in *Cæsarem* ac *Patriam* Devotionis Zelo: scribent hæc alij post me inter Elogia eorundem laudatissimorum Heroum, qui (si Fata ita vellent) pro Incremento ac Gloria Inclytæ *Austriacæ Domûs*, non solùm omnes suas Fortunas, verùm etiam vitam & sanguinem in Holocaustum debitæ Fidelitatis lubentes consecrarent. Taceo proinde; *Deumq̃ Ter Opt. Max.* ardentibus Votis precor, quatenus Eum ad Fastigium majorum Honorum Dignitatumque evehere, unàque cum *Florentissima sua Posteritate* omnigenæ Cœlestis Benedictionis rore clementer implere crescereque faciat.

Hujus

Hujus prima Conjunx, fuit *Maria Rebecca* Domina de *Stubenberg*, cujus primævi Progenitores ante Christi Nativitatem, juxta Scriptorum sententiam, vixisse perhibentur; Ex qua nonnisi binas Proles suscepit, sed quæ in infantili ætate vitam cum morte commutârunt.

Secunda autem & moderna *Suæ Excellentiæ* Conjunx est, Illustrissima & Excellentissima Domina, Domina *Maria Rosalia* Comitissa de *Turri* & Vallesassina, &c. cujus Majores ex *præcelso Veterum Francorum Regum Sanguine* progeniti, aliquando *Ducatum Mediolanensem* in Longobardia absolutâ potestate possederunt. &c. Ejus Parens fuit D. *Joannes Ambrosius* Comes de *Turri* & Vallesassina; Sacræ Cæs. Maj. Cubicularius, & Inclyti Carnioliæ Ducatûs Supremus Hæreditarius Præfectus, Dominus in Ratmansdorff & Cila. &c. qui obijt Anno Christ. 1654. Genitrix autem est, D. *Maria Beatrix* etiam nata Comitissa de *Turri* & Vallesassina. &c. quæ nunc vivit in Connubio Illustrissimi & Excellentissimi Comitis ac Domini, Domini *Wolfgangi Andreæ* Sac. Rom. Imp. Comitis de *Rosenberg*. &c. Sacræ Cæs. Maj. Cubicularij & Actualis Consiliarij Intimi; qui Anno 1681. ejusdem Cæsareæ Maj. Nomine, Francofurti ad Mœnum solenni Ablegatorum Congressui pro stabilienda Neomagensi Pace, uti *Principalis Plenipotentiarius* interfuit; nunc autem Munere *Supremi Aulicæ Cameræ Præsidis*, cum summa omnium satisfactione, prudenter ac laudabiliter fungitur: Cujus Illustrissimam Excellentiam Superi sospitent, & diu incolumem conservent.

Liberi ex priore Connubio Illustrissimi & Excellentissimi Comitis ac Domini, D. *Georgij Christophori* II. fuêre:

Q I. Ma-

I. *Maria Rebecca*, quæ nata Græcij in Styria, obijt Bisenzij in Moravia, ætat. 6. Mensium.

II. *Leopoldus Christophorus*, qui Viennæ in Austria progenitus, decessit Olomucij in Suburbio; ætat. 3. Annorum, 4. Mensium.

Ex moderno Conjugio sunt sequentes:

I. *Antonius Christophorus*, Natus Brunæ 5. Augusti, Anno 1671.

II. *Sidonia Elisabetha*, Nata Bisenzii 19. die Augusti, Anno 1672.

III. *Philippus Christophorus*, Natus Clagenfurti in Carinthia 7. Septembris, Anno 1673. mortuus & sepultus ibidem ætat. unius anni.

IV. *Carolina Maximiliana*, Nata Brunæ 2. Die Septembris, Anno 1674.

V. *Christophorus Erdmannus*, Natus Brunæ 3. Januarii, Anno 1676.

VI. *Eleonora Theresia*, Nata Brunæ 28. Die Decembris, Anno 1677. decessit Græcii 17. Aprilis hoc 1683. anno.

VII. *Georgius Christophorus*, Natus Brunæ 27. Aprilis, Anno 1679.

VIII. *Maria Beatrix*, Nata Olomucii 5. Die Octobris, Anno 1680.

IX. *Wolffgang Joan. Christophorus*, Natus Brunæ 1. Novembris, Anno 1682. obiit Græcii 6. Aprilis, 1683.

X. *Maria Josepha Barbara*, Nata Græcii 5. Decembris, An. 1682. decessit 10. Januarii etiam hoc 1683. currente Anno.

Vivite felices clarâ de Stirpe Nepotes,
Sanguinis & vestri multiplicate Genus.
Vos DEUS accumulet velut alti Sydera Cœli,
Gloria cui semper, sitq; perennis Honos.

FINIS GENEALOGIÆ.

SYNOPSIS, sive EXTRACTUS
Omnium Illustrium

PROSKOVIÆ PROSAPIÆ HEROUM,

Qui

SAGO aut TOGA
Diversis Officiis ac Dignitatibus perfuncti, laudabiliter aliquando claruerunt.

PROSKOVIÆ GENTIS VIRTUS in SAGO, &c.

Juxta Annorum seriem in Fasciculum redacta.

SLAWIEZIUS II. Dux Militiæ sub *Ladislao I. Hungariæ Rege* contra Chunos & Ruthenos, vixit Anno Chr. 1083. *De quo sub Generat. VIII. Fol. 4.*

JANUSSIUS II. Copiarum Antesignanus *Stephani II. Hungarorum Regis* in Polonia, Anno Christi 1116. *De quo sub Gener. X. Fol. 5.*

SOBIESLAUS I. Heros sub *Stephano* quoque Secundo Militari gloriâ inclytus, ejusdemque Legatus in Græciam; marinis fluctibus submersus indignè periit Anno Sal. 1130. *De quo sub Gener. IX. Fol. 5.*

JANUSSIUS III. Sub *Emmanuele Imp. Byzantino* Militiæ Primipilus, cœlesti fulmine percussus vitam exuit. *De quo sub Generat. X. Fol. 5. & 6.*

ALEXIUS II. Castellanus Sendomiriensis in Polonia, vixit sub Regimine *Miezeslai* Principis, Cognom. Magni, 1201. *De quo sub Gener. XII. Fol. 6.*

ULADISLAUS I. Belli Ductor sub *Primislao Poloniæ Duce* adversus Pomeranos. *De quo sub Generat. XIII. Fol. 8.*

BOHUSLAUS I. Eques Teutonicus, & egregius Bellator *Conradi Masoviæ Ducis* adversus Infideles Ruthenos. *De quo sub Gener. XIV. Fol. 9.*

CASIMIRUS I. Miles strenuus extra Patriam, occubuit in Prussia sub *Henrico Misniæ Marchione*, Anno 1237. *De quo sub Gener. XIV. Fol. 10.*

STANISLAUS II. Eques Rhodiensis, obiit Damasci in Syria, redux ex terra Sancta, Anno 1321. *De quo sub Generat. XVI. Fol. 15.*

ZDENCKO I. Miles egregius *Joannis Cœci Regis Bohœmiæ*, cecidit contra Anglos ad Cresciacum, Anno 1346. *De quo sub Generat. XIV. Fol. 13.*

GEORGIUS II. Inclyti *Oppoliensis Ducis Bernardi* Capitaneus in Falckenberg, vixit adhuc Anno 1393. *De quo sub Gener. XX. Fol. 17.*

ZDENCKO II. Eques Auratus, Romæ à *Carolo IV. Roman. Imp. Bohœmiæq; Rege* insignitus, obiit ibidem Anno 1355. *De quo sub Gener. XIV. Fol. 13.*

HENRICUS III. sub *Boleslao & Bernardo Ducibus Oppoliæ* adversus Polonos Militum Strategus, superfuit adhuc Anno 1450. *De quo sub Generat. XXI. Fol. 18.*

LUCAS I. Sub Signis *Caroli V. Romanor. Imperatoris Hispaniarumq; Regis* Equitum Magister, cecidit ad Segusium contra Gallos 28. Septemb. 1536. *De quo sub Gener. XXIV. Fol. 22.*

HEN-

HENRICUS IV. Cæsareæ Militiæ Ductor sub *Electore & Marchione Brandenburgico* in Hungaria, lethaliter vulneratus in obsidione Pesti, generosum Spiritum Deo consecravit Anno 1542.

JACOBUS II. Bellator eximius contra Turcas in Hungaria, Ludis Circensibus occisus interiit Anno 1544. *De quo sub Gener. XXIV. Fol. 22.*

JOANNES VI. Ferdinandi I. Rom. Imperatoris &c. Capitaneus Trenzinensis in Hungaria, decessit 22. Septemb. Anno 1564. *De quo sub Generat. XXIV. Fol. 21.*

GEORGIUS III. *Ferdinandi quoq; Rom. Imperatoris, &c.* unius Militum Phalangis in Hungaria Ductor, occubuit gloriosâ morte contra Turcas ad Esseckum 10. Octob. Anno 1587. *De quo sub Gener. XXIII. Fol. 20.*

JOAN. CHRISTOPHORUS II. *Ferdinandi III. & Leopoldi I. Gloriosissimorum Cæsarum* Bellicus Chiliarcha, sive Colonellus; decessit 12. Augusti, Anno 1676.

PROSKOVIÆ GENTIS VIRTUS in TOGA, &c.

Pari modo juxta Annorum seriem in Fasciculum redacta.

STAGIMIRUS III. *Wladislai Ducis Gnesnensis in Polonia*, Cognom. *Pluvatz*, Senator & Nobilis Curialis, vixit Anno Chr. 1204. *De quo sub Gener. XIII. Fol. 80.*

BOL-

BOLCKO I. *Lesci*, Cognomento *Albi*, *Poloniæ Ducis* Curiæ Præfectus, obiit extra Patriam. *De quo sub Gener. XII. Fol.* 7.

MIESCO I. Jam memorati *Ducis Albi*, post captivatum Bolckonem Patruum, Curiæ Moderator, ac demum Procerum Legatus, claruit Anno 1228. *De quo sub Gener. XIV. Fol.* 8.

ULADISLAUS II. Deposito Sago, Togatam Gloriam secutus, vixit inter præstantissimos Patriæ Senatores, &c. *De quo sub Gener. XIV. Fol.* 10.

SULISLAUS I. *Primislai Poloniæ Regis* Nobilis Curialis, periit occisus unà cum Rege, An 1296. *De quo sub Gener. XIV. Fol.* 10.

BENESSIUS II. *Wenceslai Senioris Bohœmiæ Regis* Aulicus primarius, claruit Anno 1300. *De quo sub Generat. XIV. Fol.* 12.

STAGIMIRUS IV. Supremus Judiciorum Moderator in Ducatu Oppoliensi, vixit Anno Christi 1308. *De quo sub Gener. XVI. Fol.* 14.

HINECK, sive HINCKO, vixit inter Sublimiores Aulæ Proceres & Consiliarios *Joannis Lucemburgensis Bohœmiæ Regis*, Anno 1311. *De quo sub Generat. XIV. Fol.* 12.

CONRADUS I. *Wladislai Ducis Oppoliensis*, *Electi Poloniæ Regis Legatus*, obiit repentinâ morte non sine suspicione propinati veneni, Anno 1339. *De quo sub Gener. XVIII. Fol.* 16.

JOANNES II. *Henrici Ducis Gloggoviensis*, Cognomento *Rapoldi*, Principatûs Administrator, claruit Anno 1420. *De quo sub Gener. XXI. Fol.* 18.

GENDRICUS I. *Joannis Oppoliensis Ducis* Primarius Consiliarius adversus Matthiam Corvinum Hungariæ Regem, &c. *De quo sub Generatione XXI. Fol.* 17.

CA-

CASPARUS II. *Nicolai ultimi Oppoliensis Ducis* Supremus Curiæ Præfectus, vixit Anno 1496. *De quo sub Gener. XIX. Fol.* 17.

JOANNES IV. Inclyti Oppoliensis Ducatûs Cancellarius, claruit Anno 1508. *De quo sub Gener. XXIII. Fol.* 19.

JOANNES V. *Ferdinandi I. Rom. Germ. Hung. Bohœmiæq; Regis* Consiliarius, vixit adhuc Anno 1538. *De quo sub Generat. XXIV. Fol.* 20.

VALENTINUS I. *Sacræ Cæs. Regiæq; Majestatis* Consiliarius & Supremus Superioris Gloggoviæ Capitaneus; obiit 20. Decemb. Anno 1557. *De quo sub Gener. XXIV. Fol.* 21.

VALENTINUS II. Cognomento Junior; *Sac. Cæs. Regiæq; Majestatis* Dapifer; exuit mortalitatem 15. August. Anno 1558. *De quo sub Generat. XXIV. Fol.* 21.

GEORGIUS IV. *Ferdinandi I. & Maximiliani II. Impp.* Cubicularius, nec non *Rudolphi II.* Consiliarius Intimus, Supremus Camerarius, & ex Equite Melitensi Eques S. Jacobi in Hispaniis, &c. Decessit 23. Februarii, Anno 1584. *De quo sub Generat. XXV. Fol.* 23.

IOANNES VI. *Maximiliani II. & Rudolphi II. Rom. Imperatorum* Consiliarius, & Supremus Oppoliæ, ac Ratiboriæ Capitaneus; Decessit 17. Octob. Anno 1590. *De quo sub Generat. XXIV. Fol.* 21.

CASPARUS III. Duorum Gloriosissimorum Impp. *Maximiliani II. & Rudolphi II.* ad diversos Principes Legatus, nec non *Caroli Archiducis Austriæ* Consiliarius Intimus, & Supremus Stabuli Præfectus; obiit Anno 1603. *De quo sub Gener. XXIV. Fol.* 21.

JOAN-

JOANNES CHRISTOPHORUS I. *Sacræ Cæsareæ Regiæq. Majestatis* Consiliarius, Camerarius, & Majoris Gloggoviæ, Oppoliæ ac Ratiboriæ Supremus Capitaneus, nec non *Caroli Archiducis* Consiliarius Intimus, ac demum *Rudolphi II. Cæs.* Legatus, &c. Obiit 19. Septemb. Anno 1625. *De quo sub Gener. XXVI. Fol. 25.*

GEORG. CHRISTOPHORUS I. *Ferdinandi II.* piiss. mem. *Rom. Imp.* Consiliarius & Cubicularius; decessit è vivis Anno Christi 1633. *De quo sub Gener. XXVII. Fol. 27.*

GEORG. CHRISTOPH. II. Moderni *Augustissimi Rom. Imp.* LEOPOLDI Consiliarius Intimus & Cubicularius, nec non Marchionatûs Moraviæ Assessor, &c. Vivat! perennet! *De quo plura sub Gener. XXVIII. Fol. 29. &c.*

Sequun-

Sequuntur nunc aliquot

CÆSAREA DIPLOMATA, PONTIFICIA INDULTA, ALIAQUE TESTIMONIA, &c. *PROSKOVIANAM PROSAPIAM Concernentia.*

DIPLOMA I. CÆSAREUM.

Oder

Baronat- und Wappen-Brieff/ von

Weyland

Dem Allerdurchleuchtigsten Röm. Kayser/ rc. FERDINANDO I. &c. Dem Uhralt-Löbl. Pruskauischen Geschlecht im Jahr Christi 1560. gnädigist verliehen.

WIr FERDINAND **von Gottes Gnaden erwöhlter** Römischer Kayser zu allen Zeiten/ Mehrer deß Reichs/ König in Hungarn/ Böhaimb/ Dalmatien/ Croatien/ Infant in Hispanien/ Ertz-Hertzog in Oesterreich/ Marggraff in Mähren und Luxenburg/ Hertzog in Schlesien/ und Marggraff zu Laußnitz/ rc. Bekennen hier mit disem Unserm Brieff/ zu ewigen Zeiten vor Männiglichen. Gleich wie es der Kays. Hoheit gemeß und rühmlich ist/ Ihrer Unterthanen Tugendthaffte Thatten und Werck/ derer die es treulich und warhafftig verdienen zu æstimiren/ und werth zu schätzen/ damit andere durch deren Exempel auffgemuntert/ über andere erhoben zu werden/ Ihnen nachfolgen/ vnd dergleichen Thatten und rühmliche Tugenden/ in Betrachtung deren/ gleichfals zuverdienen/ sich bemühen möchten; Als- und demnach der Edle Mannhaffte **Georg Proßkowßky** von Proskau/ auff Pruskau/ Commendator zu Gröbnig/ deß Durchleuchtigsten Fürsten und Herzn Maximiliani Königs in Böhaimb/ Ertz-Hertzogs in Oesterreich/ Marggraffens in Mähren und Luxenburg/ Hertzogs in Schlesien/ und Marggraffens in Laußnitz/ Unsers allerliebsten Sohnes/ Cämmerer/ rc. **Johann der Eltere Proßkowßky** / von Proßkau/ auff Proßkauer Elgoth/ leibliche Brüder/ **Johann der Jüngere von Proßkau**/ Hauptmann auff Unserm Schloß Trentschin/ und gedachten Unsers allerliebsten Sohnes Truckfaß/ und **Caspar von Proßkau**/ auch Brüder/ und Söhne weyland deß Edlen Gestrengen Valentini **Proßkowsky**/ Unser liebe und getreue Unterthanen/ eines guten alten Ritter und Adelichen Herkommens seynd/ auch stets in solchem jhrem Ritter- und Adelichen Stand sich rühmlichen/ gut/ und wol verhalten; Als haben besagte Brüder und Vettern/ Uns als dero Kayser und Herzn allerunterthänigst gebetten/ daß Wir Ihnen und Ihren Erben/ zu einer ewigen Gedächtnuß/ dise hohe Kays.

Gnad erweisen/ und seble auß dem Ritter- und Adelichen/ in den Herren-Stand zu erhöben gnädig geruhen wolten. Massen wir dann deren/ als deß **Georgen/ Johann** deß Elteren/ **Johann** deß Jüngern und **Caspar**/ Leibliche Gebrüder und Vettern **von Proßkau**/ 2c. demüthige Bitte/ geneigt angenommen; In Ansehung deren Geschlecht und Vorfahrer/ Unsern Vorfahrern und Kaysern/ Königen in Böhaimb/ Marggraffen in Mähren/ und Ober-Hertzogen in Schlesien/ in Lobwürdigen und Ritterlichen Dingen/ auch uns selbsten Zeit Unser Königl. Regierung/ in denen Ihnen anvertrauten Aembtern und Diensten/ Fruchtbar/ auffrichtig/ und treu gedienet/ und noch ferner dienen: Und damit hinfüro dieselben/ und dero Nachkommen/ in Erkantnuß diser Gnad/ umb so vil besser und eiffriger zu dienen und wol zu verhalten/ sich schuldig wissen und erkeñen möchten. Haben wir wolbedächtig/ mit wissen Unserer lieben getreuen Räthe/ auß Königl. Macht in Böhaimb/ und als Ober-Hertzog in Schlesien/ oberwehnte Leibliche Brüder und Vettern **von Proßkau**/ und Ihre Erben in den Herznstand erhoben/ gesetzet/ und erkläret; Und Krafft dises Brieffs erhöben/ setzen und erklären. Wollen auch hiermit gäntzlich auß Kayserl. Macht verordnet haben/ wormit vorgerügte Leibliche Brüder und Vettern/ mit Ihren Erben/ die sie jetzt und künfftig haben/ und deren Erben/ Erben beydes Weib- und Männlichs Geschlecht/ ordentlich und Ehelicher Zeugen werden/ zu künfftigen ewigen Zeiten aller diser Gnaden und Freyheiten theilhafftig seyn/ und guter rühmlicher Gewonheiten/ welcher/ der Herrenstand in Unserm Königreich Böhaimb/ Marggraffthumb Mähren/ Hertzgthumb Schlesien/ und andern Königreichen und Ländern/ geniesset/ es sey durch Recht oder Gewonheit/ auch geniessen/ und dise Macht haben möchten.

Und wiewohlen offt ernannte Brüder und Vettern von Proßkau von Alters her/ nach Ihren Vorfahrern/ Ihr Pettschafft und Wappen führen/ nemblichen das Feld in die Länge herunter zertheilet/ die rechte Seiten roth/ und die lincke weiß oder Silberfarb/ in welcher rechten rothen Seite/ ein weisses oder Silberfarbenes/ und in der lincken Seiten ein rothes Huffeisen; Uberm Feld umb den Helm die Grodeßken oder Zieraten roth und weiß/ oder Silberfarb/ hangen auff beyden Seiten deß Felds herunter gezogener: Uber disem allem ein halber Hirsch mit Gewehhen/ biß zu den hintern Leiffen zu der rechten Seiten mit den Förderfüssen gewendet/ seiner natürlichen Farbe/ und **Proßkowsky von Proßkau** sich genennet und geschrieben. Welches Pettschafft und Wappen/ auß Unser Kayserl. Milde und Gnad Wir Ihnen der gestalt vermehren und verbessern: Erwehntes Feld auff vier Theil zertheilet/ im rechten untern/ und obern lincken Theil deß Felds/ Ihr altes obbemeltes Wappen/ mit zweyen Huffeisen/ welche weiß oder Silber- und rothen Farbe. In den andern zweyen Theil/ als in dem unteren Lincken/ und oben Rechten/ deren jedes Theil/ unten schwartz/ und oben gelb oder Goldfarbe zertheilet ist/ ein Hirsch darinnen mit Gewehhen seiner natürlichen Farbe/ so gegen der rechten Seiten/ in die Höhe springendt stehet; über dem Feld ein offner Thurnier-Helm/ mit Gradeßken oder Zieraten/ die auff der rechten Seiten schwartz und gelb oder Goldfarbe/ und auff der lincken weiß oder Silberfarbe/ und rother Farbe herunter gezogen hangen. Uber disem allem ein Königl. guldene Cron/ auß welcher ein Hirsch mit Gewehhen biß zum Hintern seiner natürlichen Farbe/ gegen der rechten Seiten sich kehrend/ gesehen wird; wie dises alles durch die Mahlerkunst mitten in disem Brieff klar abgemahlet/ und mit Farben scheinbar abgebildet ist. Ferner wollen Wir auch auß Unser Kayserl. Macht verordnet haben/ daß Ihren diser von Uns erneuerte Titul/ zu künfftigen und immerwehrenden Zeiten gegeben werde. In allen Vorfallenheiten rühmlich und gebührlichen mit Ihren Sigeln/ mit rothem Wachs sigeln/ und sich Freyherzn nennen und schreiben; Und dessen/ als andere im Herzn-Stand/ sich zu künfftigen und ewigen Zeiten gebrauchen. Befehlen derowegen allen Unsern jetzt und künfftig lieben getreuen

treuen Inwohnern und Unterthanern/ in Unserm Königreich Böhaimb/ Marggraffthumb Mähren/ beyden Hertzogthümbern Schlesien/ und anderen zu disem Königreich zugehörigen Ländern/ welches Standes/ Würden/ oder Condition die seynd/ wormit dieselben mehres gedachte **Wohlgeborne George/ Johañ** den ältern/ Leibliche Brüder/ **Johann** den Jüngern und **Casparn** Leibl. Vetter **Proßkowsky von Proßkau**/ wie auch Ihre Söhne und Erben unter sich im Herren-Stand leyden und dulden/ und deren Erben/ Erben beydes Geschlechts/ vor Freyherzn erkennen und halten; Ihnen wie andern Persohnen im Herzn-Stand zuschreiben/ Sie so nennen/ und auff alleweiß Ihnen/ gleich andern Freyherzn gebührende Ehr erweisen/ jetzt und zu künfftigen ewigen Zeiten. Niemand Ihnen auch in disem einigen Widerwillen thun/ weder von jemand andern zu thun zulassen soll/ bey Vermeidung Unser Kayserl. so wol Unser Erben/ und künfftigen Königen in Böhaimb/ Marggraffen in Mähren/ und Ober-Hertzog in Schlesien/ Ungnade; Und zwar unter Straff funfftzig Marck Goldes Ungrisch. Welches ein jeder/ so hierwider vermessentlich was vorzunehmen sich unterstehen möchte/ die Helffte zu Unser Kayserl. Cammer/ künfftigen Königen in Böhaimb/ Marggraffen in Mähren/ und Ober-Hertzogen in Schlesien/ und die andere Helffte denen Brüdern und Vettern **von Proßkau**/ Ihren Erben und Nachkommen unfehlbar zu erlegen/ verfallen haben soll. Wollen auch daß dise Unsere Gnade und Begabung/ niemanden an seiner Gerechtigkeit zur Minderung und Abbruch sein soll. Zu dessen Glauben haben Wir Unser Kays. Insigel an disen Brieff anzuhengen befohlen. Geben Wienn am Dinstag nach der frölichen Aufferstehung Christi deß HErzn/ im Eintausend Fünffhundert Sechtzigsten/ Unserer Reiche/ deß Römischen im Dreyssigsten/ der anderen im Vier und Dreyssigsten Jahre.

Ferdinand

Joachim de Nova domo S. R.
Bohœmiæ Cancellarius, &c.

Schrifftliche Zeugenschafft / durch welche angezeigt wird / wasmassen das vorbenannt Löbl. Proßkauer Geschlecht / schon im Jahr Christi 1562. in den Alten Herrn-Stand im Königreich Böhaimb ist auff- und angenommen worden.

Auß der Böhaimbischen in die Teutsche Sprach übersetzt.

In dem Quatern der Relation Ihr Kays. und Königl. Mayt. Ihro Gnaden der Herrn und Ritterstand deß völligen Land-Recht im Jahr 1562. am Sonnabend nach St. Lampert.

Ihro Gnaden die Herrn Land-Freyherrn Ihres Standes auff gnädigstes Begehren deß Allerdurchleuchtigsten Großmächtigsten Fürsten und Herrn Herrn MAXIMILIAN Königs in Böhaimb / rc. haben den **Georg Prußkowsky** von Prußkau / auff Zültz / rc. deß Königs MAXIMILIAN Cammerern / und deß Ordens Sancti Joannis mit dem weissen Creutz Commendatorn auff Gräbnig / **Johann Prußkowsky** von Proßkau. Ihro Kays. Mayt. Hauptmann auff Trentschin in Hungarn / und den **Caspar Prußkowsky** von Prußkau Gebrüdern und Vetter / Ihr Anmerckung Ihres guten Ritterlichen Verhaltens / daß Sie sich gegen Ihr Kays. und Königl. Mayt. unthänig und Ritterlich verhalten / **mit Ihren Erben und künfftigen Nachkommen / in Ihren Herrn Stand angenommen** / also und auff alle dise Weise / wie der Gebrauch deß **Herrn-Standes** / so in der Land-Taffel in dem Gedächtnuß Quatern im Jahr 1562. am Donnerstag in der Vigilia der Geburth Christi einverleibet / diß mit mehrerm Innhalt besaget ohngefehr.

Die Botten zu disen / von Ihro Gnaden seynd gewesen **Wilhem von Rosenberg** und auff Böhaimb. Kromau Regierer und Gubernirer deß Hauses Rosenberg / **Johann der Jüngere von Lobkowitz** / und auff Tein / Hörschau und Tachau / Obrister Burggraff zu Prag / **Johann der alleråltiste von Lobkowitz** / auff Zbirecz und Tocznicz / obrister Hoffmeister deß Königreichs Böhaimb / **Johann von Waldstein** und auff Hradeck über Sassawa obrister Land-Richter im Königreich Böhaimb / **Joachim von Hradeck** auff Hradeck und Hlubocka / obrister Cantzler deß Königreichs Böhaimb / Ihro Kays. Mayt. Geheimer Rath und Cammerer / **Joachim Schlick** von Holcycze Graff von Passaun und Lobte / auff Rabstein und Wastrow / der Cron im Königreich Böhaimb der Teutschen Lehen Hauptmann / und in Ober-Laußnitz Land-Vogt / **Peter von Schwanberg** auff Raußberg / **Johann von Zrzyczian** und auff Kostowohorn / **Wratislaw Schwichowsky** von Ryzemberg und Schwichow / auß dem Herrn-Stand / welche absonderlich zu disem von Ihro Gnaden auff disem völligen Land-Tag abgeordnet waren. Geschehen im Jahr und Tag wie obgeschrieben.

In dem weissen Quatern der Verkauffe im Jahr 1562. am Sonnabend nach St. Lampert. N. LIIII.

Georg Prußkowsky von Prußkau und auff Zültz / Ihro Königl. Mayt. deß Königs Maximiliani Cammerer / und deß Ordens S. Joannis mit dem weissen Creutz Commendator zu Gräbnig / **Johann Prußkowsky** von Prußkau / Ihro Kays. Mayt. Hauptmann zu Trentschin in Hungarn / **Caspar Prußkowsky** von Prußkau / haben vor denen Haupt-Leuthen zu Prag bekennet / demnach Sie auff Begehren und Vorbit Ihro Mayt. deß Königs Maximiliani in Ansehung Ihres deß Vetter / und

Gebrüdern Gutes / Ehrlich / Ritterliches Verhalten / auch Ihr Uhraltes Geschlecht deß Ritterlichen Standes / **von denen Herren deß Herrn-Standes / vor Herrn in disem Herrn-Stand mit Ihren Erben und künfftigen Ihren Nachkommen seynd angenommen worden** / und dieselbe durch dise Verschreibung angenommen haben / also / und auff dise Weiß / wie die darauff von obbemeltem Herrn-Stand / und zu der Land-Taffel gethane Relation, so in der Quatern der Relation Ihro Kays. und Königl. Mayt. denen Herrn und Ritter-Stands / auß dem völligen Land-Recht Anno 1562. am Sonnabend nach St. Lampert N. 17. eingeschrieben worden / völlig zeiget / und diß alles in sich haltet / und begreiffet / massen Sie versprochen und durch dise Verschreibung versprechen thun / vor Sich / Ihre Erben und Nachkommen / daß Sie disen alten Gebrauch in dem Herrn-Stand / welcher in disen Königreich gehalten wird / halten / verhalten / und in allen disen Ehren und Schuldigkeiten / sambt derer Erben bleiben wollen / auff alle dise Weise / wie der Gebrauch deß Herrn-Stands / so in die Land-Taffel der Gedächtnuß in den Schwartzen Quatern, &c. am Donnerstag in der Vigilia Christi Geburth einverleibet ist / diß mit mehrern Innhalt in sich begreifft / besaget / geschehen im Jahr und Tag wie obgeschrieben.

Die Abschrifften seynd ertheilt worden auß der Land-Taffel auff Befehl deß Wohl-Edlgebohrnen Ritter / Herrn Wolff von Wzesowitz und auff Dubraußka / Hona / Töplitz und Krupcze / obrristen Landschreibern deß Königreichs Böhaimb / und Ihro Königl. Mayt. der verordneten Cammer im Königreich Böhaimb Præsidenten, unter denen Pettschafften deß Erasmi von Merßfeld / anders Gostleßlanitz und auff Skriwan / Vice-Land-Richtern im Königreich Böhaimb / und Johann Weykowsky von Mylhostitz auff Radutz / Vice-Landschreibern / bemeltẽ Königreichs Böhaimb im Jahr 1562. am Montag nach St. Francisci.

(L.S.)

Johann Weykowßky von Mylhostitz
auff Raduz / Vice-Landschreiber
deß Königreichs Böhaimb.

 DIPLO-

DIPLOMA II. SIVE PRIVILEGIUM

FERDINANDI I.

Piissimæ mem. Romanorum Imperatoris, Germaniæ, Hungariæ, Bohœmiæque Regis, &c. Vigore cujus PRUSKOVII in numerum & cœtum verorum indubitatorumque REGNI HUNGARIÆ *Baronum* atque *Nobilium Anno Chr. 1563. recepti fuerunt.*

NOs *FERDINANDUS Divinâ favente clementiâ Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohœmiæ, &c. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, &c. MEMORIÆ commendamus tenore Præsentium, significantes, quibus expedit, Universis, quòd NOS animo revolventes fidelia & grata servitia Fidelis Nostri Magnifici* Georgii Proskovvsky, *Libero-Baronis in Proskavv & Zelez, ac Serenissimi Principis, Domini MAXIMILIANI Rom. Hung. Bohœmiæ, &c. Regis, Filii Nostri Charissimi Consiliarij & Cubicularij, quæ idem à multis jam annis, diversis ijsq; magnis Negotijs, fidei, industriæ, atq; diligentiæ illius, per NOS commissis, summâ cum laude, & ex animi Nostri sententia exhibuit, & impendit, exhibetq; adhuc indies: considerantes etiam propensum illius animum, & singularem quendam erga Regnum hoc Nostrum Hungariæ, & Gentem Nationemq; Hungaricam affectum, quibus ipsum eidem Regno Nostro, ejusdemq; Sacræ Coronæ, fideliter & constanter servire cupere atq; velle, jam dudum planè perspeximus, eundem & ipsius Hæredes ex ipso descendentes, de Consilio Dominorum Prælatorum & Baronum, consensuq; omnium Statuum & Ordinum dicti Regni Nostri Hungariæ Nobiscum nunc unà existentium, & pro Coronatione Serenissimi Principis, Domini MAXIMILIANI Romanorum, Hungariæ, Bohœmiæ, &c. Regis, &c. Filij nostri Charissimi, in Civitate ista nostra Posoniensi, de Mandato Nostro congregatorum,* in numerum & cœtum verorum indubitatorumque Regni Nostri Hungariæ præfati Baronum atque Nobilium, duximus recipiendum, annumerandum, & aggregandum, *decernentes, & ex certa Nostra conscientia, animoq; deliberato concedentes, ut ipse amodo imposterum perpetuis semper temporibus, omnibus illis Privilegijs, Libertatibus, Honoribus, Prærogativis, Juribus, & Immunitatibus, quibus cæteri Regni Nostri Hungariæ fideles Barones & Nobiles de jure vel consuetudine, quovis modo utuntur, uti, frui, & gaudere valeat, atq; possit,* Hæredesque & Posteritates ipsius utriusque Sexûs universæ, *valeant, atq; possint; ita tamen, ut quemadmodum præfatus ipse* Georgius Proskovvsky *sese coram præfatis quoq; digni Regni Nostri Hungariæ Statibus & Ordinibus, deposito solemni, & reali juramento astrinxit Nobis, & supradicto Serenissimo Domino MAXIMILIANO Romanorum Hung. Bohœmiæ, &c. Regi &c. Filio Nostro Charissimo & utriusq; Nostrûm Successoribus, legitimis scilicet Hungariæ Regibus, Sacræ deinde ejusdem Regni Nostri Coronæ, perpetuam fidem & fidelitatem, constanter observare, Jura, Libertates, Privilegia, Decreta, Consuetudines, & alias omnes Immunitates Regni ejusdem, nullis vijs directis vel indirectis, nec palam vel occultè, nec etiam consilio, factis, vel alio quocunq; modo violare aut turbare, sed eas omni posse suo tutari & observare, illisq; parere, & obedire, Dominia, Metas, & Terminos sæpedicti Regni Nostri, & partium ei subjectarum, nullo modo alienare, sed alienata etiam instar aliorum Regnicolarum recuperare modis omnibus debeant & teneantur. Imò recipimus, annumeramus & aggregamus, decernimusq; & concedimus, harum Nostrarum vigore & Testimonio Litterarum. Datum in Arce Nostra Possoniensi, in cujus rei memoriam, firmitatemq; perpetuam, præsentes Litteras Nostras Secreto Sigillo Nostro, quo, ut Rex Hungariæ utimur, impendenti roboratas, dandas duximus & concedendas, quinta die Mensis Octobris, Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo Tertio.*

Ferdinandus.

(L.S.)

Nicolaus Olahus, Archi-Episcopus Strigoniensis.

Joannes Listius.

INDULTUM PONTIFICIUM,

Cujus Virtute, ac Tenore dispensatur

GEORGIUS LIBER BARO de PROSKAV; &c.

Ab Ordine Melitensi S. Joannis Hierosolymitani, suscipitque Ordinem cum Rubea Cruce S. Jacobi in Hispaniis, &c.

PIUS PAPA V.

Dilecte Fili, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Religionis Zelus, aliaq; probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris Testimonio, Nos inducunt ut te specialibus Favoribus & Gratijs prosequamur. Cùm itaq;, sicut accepimus, Tu, qui Sancti Jacobi de Spada, & Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitan. Militiarum Habitus, seu Cruces Suscepisti, ac Praceptoriam, Grabnick nuncupatam, dicti Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani in Silesia Provincia, Charissimi in Christo Filij Nostri Maximiliani Regis Romanorum in Imperatorem Electi, tibi conferri, seu concedi obtinuisti, Litem & causam super dicta Praceptoria, cum quodam tuo Adversario, ut dicitur non Catholico, habeas, Litemq; & causam hujusmodi, in cujus prosecutione jam plures pecunias exposuisti, prosequi intendas. Nos, ne tu litem & causam pradictas deserere cogaris, Tibi in pramissis oportunè providere, Teq; specialibus Favoribus & Gratijs prosequi volentes, & à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, alijsque Ecclesiasticis Sententijs, Censuris & Pœnis, à Jure, vel ab Homine, quavis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum Prasentium duntaxat consequendum harum seriè absolventes, & absolutum fore censentes, Tuis in hac parte Supplicationibus inclinati, etiam prafati Maximiliani in Imperatorem Electi, intuitu & contemplatione, Tecum ut Litem & causam pradictas, nec non Jus, Tibi in dicta Praceptoria, vel ad illam competens, & seu per Te pratensum, tam contra prafatum Adversarium, quàm quosvis alios ubilibet prosequi & defendere, ac interim Lite & causâ hujusmodi durante, & donec illa totaliter finita & sopita fuerit, Habitum S. Jacobi de Spada pradictum, dictamq; Praceptoriam, & jus tibi in illa, vel illam competens, & seu per te pratensum, retinere, & si in Lite & causa hujusmodi te Victoriam reportare contigerit, eandem Praceptoriam, usq; ad Sex Menses à fine litis & causa, seu à die illius habita vel habenda, per te pacifica possessionis computandos etiam retinere liberè & licitè possis & valeas, Apostolicâ authoritate tenore Prasentium dispensamus: Tibiq; pariter indulgemus, nec non te super pramissis per quoscunq;, quavis authoritate, quomodolibet molestari, perturbari vel impediri non posse nec debere & ita per quoscunque, Judices & Commissarios, quavis authoritate fungentes, sublatâ eis & eorum, cuilibet quavis aliter Judicandi & interpretandi facultate & authoritate, judicari & diffiniri debere irritumq; & inane, quidquid secus super his â quoquam quavis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit, attentari decernimus & declaramus. Non obstantibus pramissis & quibusvis Apostolicis ac in Provincialibus & Synodalibus Concilijs, editis Generalibus vel Specialibus constitutionibus & ordinationibus, dictarumq; Militiarum etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis Statutis & Consvetudinibus ac Stabilimentis, Usibus & naturis, privilegijs quoq; indultis & Literis Apostolicis eisdem Militijs illarumq; magnis Magistris, Conventibus, Superioribus, & Personis, ac quibusvis alijs in genere vel specie, sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusvis Clausulis & Decretis etiam motu proprio, etiam Consistorialiter, ac aliàs in contrarium quomodolibet concussis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus etiamsi de illis, eorumq; totis tenoribus specialis & specifica mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad id servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de Verbo ad Verbum insereretur prasentibus pro pleno sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac Vice duntaxat specialiter & expressè derogamus, ac sufficienter derogatum esse & fore decernimus. Caterisq; contrarijs quibuscunque. Datum Roma apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die XVII. Septembris M. D. LXVI. Pontificatûs Nostri Anno Primo.

POssent quidem innumeri, Cæsarum, Regum, Archiducum, Ducum, aliorumque Principum Codicilli, qui ad PROSKOVIOS honorificentissimè aliquando fuerunt scripti, hoc in Opusculo produci; verùm cùm omnes & singulos inserere nimis prolixum foret, idcirco sit pro nunc Libelli hujus

F I N I S.

BENEVOLE LECTOR.

Erratis Typographicis, quæ communiter irrepere solent, quæso, pro tuâ humanitate parce & bene vale.

2

2

346b